rū cumulando diuitias, priorū ſalutationes ſup
greſſam vniuerſas. Idcirco quandoquidē humili
nihil videtur exaltatione ſui mirabilius: iure in
hac turbatione nō incredulitatis: ſed admiratio-
nis timens ne angelus ſatanę, ſe in lucis angelum
transfiguraſſet, cogitabat qualis ſcʒ q̄ ſublimis &
humilis, q̄ admirabilis & cōmunis, q̄ ſubtilis &
vtilis q̄ ſingularis & familiaris, q̄ peculiaris & ge
neralis eſſet iſta ſalutatio, cuius (vt videbat̄) erat
nūcius angelus, author pater, ſcriba ſpiritusſan-
ctus & fructus dei filius. Ac tandē ſeſe medijs in
precibus ſupra votū exauditā intelligens, obſtu-
puit, quia a quo miſſus fuerat, p̄currit nūcium
ſuū deus, ſicut angelus ipſe ait, dn̄s tecū. Proinde
ad illū (vt decuit) ſermonē dirigēs ne ingenita hu
D millimę virginis verecūdia p̄ſumptionis nota la
boraret tātę orādi diligētię cauſas ediſſerit. Quia
meliora ſunt vbera tua vino, fragrātia vnguētis
optimis: ne reputes inquit ancillā tuā quaſi vnā
de filiabus Belial, vt legali tēporalis proſperita-
tis vino madēs, hoc petierim in me fieri & in tātę

fiducię verba ęſtuarim. Vinū enim & quicquid tē
poraliter delectando aut magnificētius in ſubli-
me extollendo inebriare poteſt, nō bibi: ſed huma
nę reparationis deſiderio ſuccēſa effudi animam
meam in cōſpectu domini: quia meliora ſunt vbe
ra tua vino. Eſt vinum theologicum, vinum ger
minans virgines, ſuaue nimis, & lętificās cor ho-
minis, in cuius cellam ſe introductam ſponſa in
ferius gloriatur. Eſt quoq; huic cōtrarium: ſup
quo apoſtolus fideles cōmonuit dicens: nolite in-
ebriari vino in quo eſt luxuria. Eſt deniq; aliud
nimirum quo recētes ſemiuiui relicti plagas ab-
luit, fouit, & alligauit, ſamaritanus ille, q ab Hie
ruſalem in Hierico deſcendebat, idq; tēporalium
repromiſſionibus locuples, inuenitur non pror-
ſus inutile: at vſu acerrimū & inſuaue nimis, ni
ſi infuſo oleo rigor illius temperetur: hoc vinū le
gem dixerim, cuius auſteritate acrimoniaq; ma-
gni illius ęgroti in mūdi huius ampliſſimo gra-
bato iacētis lętalia vulnera ſummus medicus re
purgabat. Lex enim inſtar vini mercenaria tēpo
ralium repromiſſionū oſtentatione inuitatis blā
diens: ſed reuera timore rigoreq; fortiter pungēs
quaſi pędagogus ſibi ſubiacentes agebat. Sed eīm
ad perfectū hęc duo legis pręcipua neminē addu
cere virgo benedicta probe intelligens, charitatis
libertate quę mūdi extinguit amorem: foraſq; ti-
morem emittit, dilatari merito prætulit dicens:
quia meliora ſunt vbera tua vino. Hęc autē duo E
ſponſi vbera repromiſſionē venturi & repromiſ-
ſi exhibitionē accipimus, quibus quotquot ſalua
ti ſunt, lactatos credimus vniuerſos, vt quēad-
modū nūc incarnationis, paſſionis, exhibiteq; re-

ſurrectionis fides charitate ignita ꝑducit ad glo=
riã, ita vẽturi fides in requiẽ cõſeruaret nobiſcũ,
peruẽturos ad ſupna. Verũ vnde vino meliora?
Sequit̃ fragrãtia vnguẽtis optimis. Optima aclõ
ge lateꝗ fragrãtia vnguenta, charitatẽ dixerim, q̃
nullis arctata limitibꝰ, inimicos quoꝗ cõplectit̃:
per quã cũ inimici eſſemꝰ, reconciliati ſumus deo.
Qua p̃dicta Chriſti vbera vt pleniꝰ fragrarẽt, ꝑ=
fuſa eſſe Iohãnes teſtat̃ dicẽs: ſic deꝰ dilexit mun=
dũ: vt filiũ ſuũ vnigenitũ daret. Et alibi. In hoc ap
paruit charitas dei in nobis, qm̃ filiũ ſuũ vnige=
nitũ miſit deꝰ in mundũ: quẽ vtiꝗ ante (vt crede
re fas eſt) eadẽ charitate promiſit. Sane charitatẽ
omniũ eſſe chariſmatũ excellẽtiſſimã nemini arbi
tror inficiãdũ p̃ſertim authore apl'o. Maior horũ
eſt charitas: nec iniuria tñ moueri quiſpiã poſſet
cur vnguẽtis optimis pluratiue dictũ ſit: cũ vnã
tm̃ ꝑferamus: ſed rẽ impẽſius ſcrutãtibꝰ aduer=
tere eſt. Aliter patris, aliter noſtri cõtẽplatiõe, vn
guentũ hoc ineſtimabile mirabiliter ꝯfectũ redo
lere: vt iure nõ vnũ modo: ſ; duo aſſeras. Primũ
paterni honoris zelus amorꝗ reciprocus ꝯficiũt
duas creaturas inq̃t filius bonitatis ſuę ꝑ cogni=
tionẽ & amorẽ capaces cõdidit pater. Altitudinẽ
altera: altera ſcientiã q̃ mihi peculiaria ſunt prę=
ſumẽte. Zelans pro filio pater vtrãꝗ mirabiliter
ac miſerabiliter ꝓfligauit: vt cuiꝰ opa ꝑfecta ſoli
us p̃dicãtur: diuturniores angelorum ruinę illi
poſſint calũniã incõſummati operis p̃tendere. Ha
ctenus iuſtitiã, hactenus veritatẽ fuiſſe in vltio=
nẽ accinctas ſufficiat. Filiũ quoꝗ vice ſua pro pa
tre zelare decet. Patris em̃ inglorij inhonoratiꝗ
cauſa viciſſim ꝑtinet ad filiũ, dicẽte Salomone. De



decus filij eſt pater ſine honore. Ideo per me reci=
piat oportet quos ꝑ me quodã modo videt̃ ꝑdi=
diſſe. Si ꝓpter me tẽpeſtas hęc orta eſt, cur me vt
ceſſet nõ mittitis in mare. Meme adſum q feci in
me ꝯuertite ferrũ o Iudęi: ſed hoc incõprehẽſibile
diuini ardoris ꝓpoſitũ venerãtes & ſilẽtio noſtro
cõprobãtes: intueamur potiꝰ quẽadmodũ prime
huiꝰ ꝯfectiõis fragrãtiã, etiã ingratis, vbera Chri
ſti ſpirabãt dicentis: ego honorifico patrẽ meũ: &
vos inhonoraſtis me. Alterũ nihilominus & ipſa
charitas miæ admixta nobis, ſi nõ accepti bñficij
immemores negligimꝰ: cõfeciſſe videt̃. Samarita=
nũ em̃ illũ ab Hieruſalẽ in Hierico, ab æternis ad
trãſitoria: a cęlis ad terras, a ſinu dei patris ĩ vte
rũ virginis matris, vt nobis ꝑ miãm ꝓximus fie
ret: nihil oĩno traxiſſe videt̃, niſi charitas: dicente
eodẽ in ꝓpheta. Recordatꝰ ſum tui, miſerãs ado=
leſcẽtiã tuã, & charitatẽ deſpõſatiõis tuæ. Et alibi.
In charitate ꝑpetua dilexi te, & ideo attraxi te mi
ſerãs: ſurſumꝗ ædificabo te, & ędificaberis virgo
Iſrael: vt mię recordatũ vnigenitũ pr̃is, cogitatio=
nes pacis in plębem ſuã & nõ afflictionis ex alto
repetentẽ dixiſſe crediderim. Miſericordia efflagi= F
tat & paci quoꝗ conſentaneũ eſt, nec veritati ad=
uerſatur aut iuſtitiæ exiſtimabitur contraire:
ſi is qui alio pellente cecidit, alio iuuante reſur=
gat: vt dũ aliena ope repetatur, quem fallacia peſ=
ſundedit aliena, iuſtitiam conſtet alienam illis de
cętero ſuffragari, quos in caſum culpa pepulit
alterius. Huius quoꝗ compoſitionis odorẽ ſua
uiſſimum Chriſti vbera ſparſere vberius quan
do & pro inimicis animã ſuam poſuit quã & pro
amicis æſtimatiſſimus quiſꝗ charitate ponere

cunctetur. Huic demũ expoſitioni non mediocri-
ter ſuffragatᷣ dictio hebraica hic ad vbera & amo
res(vt ferunt)ęquiuoca cum repromiſſio ventu-
ri & exhibitio repromiſſi duo Chriſti vbera, amo
res ſint quia ſingulares effectus amoris.

## Cap.IIII.

Agitur de primo vbere.i. Chriſti
repromiſſione deq; figuris eius.

### Vox Marię.

A OLeum effuſum nomẽ tuũ:ideo
adoleſcentulę dilexerunt te.
Efficaciter haud dubie, validius enim
cõcitant particularia. Congrue quidẽ ad ſui pur
gationem in lege, pſalmis, & prophetis reſperſam
vberũ Chriſti fragrãtiam cauſari viſa eſt, obſcu-
rius tñ ſi non de alterutro ſingillatim & particu
lariter diſſerat. Perpendẽs igitur nõ ex vino legis
quę neminem ad perfectũ adducit, antiquis patri
bus vitę emẽdationem, morũ compoſitionem, vi
tiorum defectũ, virtutum profectum, & charita
tis augmẽtum coaluiſſe, demirans nihilominus
horũ humilitatem, pietatem, patientiam, cõtinẽ-
tiam, ac ſanctimoniam ineſtimabilem, potẽtiam,
conſtãtiam, obędientiam, hoſpitalitatem, liberali-
tatẽ, cæteraq; id genus heroicę virtutis inſignia,
diſcutit penitius, poſtremoq; intelligit nomẽ dñi
ceu oleũ priore vbere effuſum ſic illos deliniuiſſe
fouiſſe, recreaſſe, atq; illuſtraſſe: vinum quoq; le-
gis per ſe mordacius illi admixtum ita condulco
raſſe: vt non aliũde tantę inſtantię, tantę perſeue-
rantiæ, tantę dilectionis, & intimi ardoris cauſas



odorari liceat. Sũt autem(vt cætera taceam) duo B
vnigeniti filij dei noĩa: multo latius ꝙ ſoleat oleũ
in veſte vel alibi effuſum peruagari, in gente illa
paſſim reſperſa: de quorum altero(ni fallor) vir-
go benedicta intẽdit ſcilicet Chriſtus Ieſus. Chri-
ſtus autem vnctus interpretatur: vt de illo nos
in primis exiſtimari poſſit circũſtãtia literę, qua-
ſi de vnguẽtis ad vnctum deducẽs monuiſſe. Ad
hęc nominis huius cõmunione ſacerdotes, reges
& prophetas, perinde ac myſtica eiuſdem in ſin-
gulos effuſione participes factos vetus lex ſæpe
cõmemorat. Ad quorum certe præſentiam, plebs
illa ſoboleſcere, proficere, exaltari, & eis de medio
latis tabeſcere, premi, deprimi, ac poſtremo ſic, cũ
ſurgentibus reparari, cũ ſtantibus ſublimari, &
cũ ruentibus obrui plęrũq; viſa eſt, vt haud ab-
ſurde dictũ exiſtimes, oleum effuſum nomẽ tuũ
ideo adoleſcentulę dilexerunt te, videlicet iudaicę
plębes, quę pro ętate ſolidi cibi minus capaces, tẽ
porali effuſi olei nitore pellicerẽtur. Hinc & dñm
ſuper effuſione hac manum continuiſſe lamẽta-
tur Daniel dicẽs. Et nõ eſt in tempore hoc prin-
ceps & dux & propheta neq; holocauſtũ neq; ſa-
crificiũ, neq; oblatio neq; incẽſum neq; locus pri-
mitiarũ coram te: vt poſſimus inuenire miſeri-
cordiam tuam. Ac ſi patenter dicat. Nomẽ tuum
& memoriale tuũ in deſiderio animę, nos olim in
regibus erexit, in prophetis inſtruxit, in ſacerdo-
tibus ſanctificauit: nũc autẽ reges defecerũt, pro
pheta & ſacerdos abierũt in terrã quã ignoraue-
runt: vnde euigilare, vnde reſurgere, reparari ve
poterimus: cũ non ſit apud nos nomẽ tuum, qđ
inuocatũ ſuper nos, te in nobis eſſe inſinuet inui

C ctum regem veridicũ prophetam, & ſacerdotem
in ęternum. Eſt nihilominus & aliud nomen vt
oleum in gẽte illa effuſum ad ſalutem, Ieſus ſcili-
cet. Egreſſi nẽpe de ægypto Ieſu pugnante, Ama-
lech ſubiugant, Ieſu principe Iordanũ traijciunt.
Ieſu pręliãte hoſtes ſuperãt, Ieſu orante, Soli im-
perant, Ieſu partiente ꝓmiſſiones obtinẽt. Quid
pluribus? Quicquid in Abrahã, Iſaac, & Iacob gẽ
ti illi repromiſſum legitur, Ieſu ſeu oleo in terrã
effuſo ſcriptura teſtatur impletũ. Deniq; probis
pereũtibus morib⁹, irruentib⁹ hoſtib⁹ & illis ſi-
mul corruentib⁹ qñ ſurrexerũt, qñ hoſtib⁹ obſti
terũt, qñ ſine nominis hui⁹ effuſione in ſuis ꝓfe-
cerũt? Certe nunq̃. Sic eñ ſæpius in libro Iudicũ
ſcriptũ eſt, & clamauerũt ad dñm q ſuſcitauit eis
ſaluatorẽ. i. vt oleũ effudit Ieſum. Ieſus eñ ſalua-
torẽ interpretatum ſonat. Vt merito plebẽ illam
effœminatã propterea deũ exiſtimes dilexiſſe, quę
in bonis cũ Saluatore in amore ꝑſeuerat: eo ve-
ro ſubtracto: vt canis ad vomitũ reuerſa, pedes ꝑ
D fida diuaricet omni trãſeũti. Sed eñ q̃ differenter
hoc vbere ꝓmiſſionis paſcãtur, oĩno ſilendũ non
eſt: vmbra quippe nõ lux, vanitas nõ veritas (va
nitas eñ oĩs homo viuẽs) veritas autẽ & gratia
ꝑ Ieſum Chriſtũ) nõ numen ſed nomẽ in ęnigma
te & ex parte plenã illis ſalutẽ futuram referebat:
nec omnino afferebat. In ęnigmate quidẽ quia oĩa
in figura cõtingebant illis. Ex parte autẽ quando
quidẽ vnctos nõ vnguẽtes Chriſtos eorũ fuiſſe
cõſtat. Illi eñ hęc ꝑrogatiua ſeruabatur, qui ſecũ
dũ humanitatẽ vnctus prę participibus ſuis ſe-
cũdũ diuinitatẽ cũ patre & ſpiritu ſãcto ſuos vn-
git ad ſalutẽ, ſolus ipſe verus Ieſus. i. vera ſalus,



ſaluũ faciẽs populũ ſuũ a peccatis eorũ, illi autẽ
a pœnis pctõꝝ. Ideo toties itũ eſt ĩ antiquã ſiluã,
quia morbũ tñ obuoluere, nõ etiã pctm̃ morbi
cauſam reſcidere potuerũt: vt ſalutẽ magnã ĩ Iſrl'
feciſſe proprie dicaẽ deus, non ipſi & ſi per ipſos.

## Cap. V.

E primo repromiſſionis vbere boniſq; ei⁹ col-
ligit ꝟgo, vberiora e ſecũdo manare, cũ potior ſit
veritas. Ideo orat ne ꝓmittẽdo ſequaẽ: ſed pręcedẽ
do dñs alios poſt ſe trahat, & de vberis vtriuſq;
diſcrimine latius.

## Vox Marię.

TRahe me poſt te, curremꝰ ſimul
in odore vnguentorum tuoꝝ. A
¶ Hęc & paria pĩetiſſima ꝟgo meditãs
aptiſſimo ꝓrſus ratiocinio verecũdię ꝯſuluiſſe vi
deẽ. Satis poterat inqt hũilitatẽ noſtrã ad oſcula
depoſcẽda ꝑmouiſſe ĩgẽs noĩs tui ſplẽdor, ac tãti
vnguẽti amabiliſſĩa ſuauitas. Atq nõdũ mel ſʒ lac
fundẽte ṗmo vbere, ſacri noĩs tui velut olei effu-
ſiõe ſenſib⁹ alti⁹ ĩmutatis (cũ ſit exhibitio de ꝑteri
tis certa expectatio futuroꝝ) illi⁹ expĩẽtia arcti⁹
vrgẽte ĩ eadẽ ꝯpellor. Si eñ tãti nomẽ, qd numẽ?
Porro fidelis ꝓmiſſio & oĩ acceptiõe digna, nomẽ
quoq; ſanctũ ac modis oĩbus venerandũ, cũ non
ſit aliud ſub cęlo datũ hominib⁹, in quo nos opor
teat ſaluos fieri. Oleũ deniq; tãetſi effuſum, nihi-
lo ſecius ꝟtute ꝑcipuũ, cui⁹ flãma amor eſt, ado
leſcentulas inflãmans ardore vehemẽti. Verum
tanti ne vitrum quãti margaritum? Abſit. Effu-
ſum cedat oleum, te concedat pater oſculum, B

lac in potum dedit,cibum det ſolidiorem. Vt quę
priore vbere obliuioſis dilationibus ꝓpemodum
areſcente,ac ſterileſcente vix diligebamus : ſecũdo
trahente in odorem vnguẽtoꝝ tuorũ curramꝰ.
Qui te pręceſſerũt,lucerna ſequẽte lumẽ nõ vide=
runt:in vmbra ſederũt, ſolẽ non viderũt, & quia
iter pandẽs ante eos nõ cucurriſti,in vmbra qua
ſi in tenebris palpauerũt:in qbꝰ tandẽ pluſq̃ cime
rijs te lumẽ cęli qđ ſequturũ credebãt,diutiꝰ,præ
ſtolantes quieuerũt. Tu aũt lucerna pedibꝰ meis
verbũ,& lumẽ ſemitis meis,trahe me poſt te,cur
remꝰ in odorẽ vnguẽtorũ tuorũ. Hic quoq; vn=
guẽta repetit,ſed ſuperiꝰ optimis adiecit: vt quæ
maior eſt oĩm charitas in illis figuraretur, quã
fragrantẽ odorari in via,non aſſeq currendo poſ
ſunt ꝑfectiſſimi quiq;,vel ęquare. Hic aũt & ado=
leſcentulas in illorũ odore curſuras pollicet. Exi=
ſtimo proinde oẽm Chriſti actionẽ quę noſtra eſt
inſtructio,vnguẽtorũ myſterio hac in lectiõe acci
pi. tuorũ eñ adiecit, vt eius hæc humanitati pe=
C culiaria aſcriberet. Hoc igit loci crediderim altiſſi
mę ꝑfectionis conſilia obœdientiã dico,caſtitatem
& paupertatem e vicino reſpicere,quæ primũ im
plẽs Chriſtus opere,mox ſermone ꝑſuadens. vbi
in cathedra crucis fracto humanitatis eiꝰ alaba=
ſtro,mundũ ꝑuagata eorũ fragrantia eſt,nudus
ipſe,cęlebs & incorruptꝰ,patriq; factus obœdiens
vſq; ad mortẽ,ſic oẽs poſt ſe traxit, vt delibuto di
latatoq; corde illius iugũ ſuaue, & onus leue fe=
rẽtes,currerẽt vniuerſi. Quis eñ tunc antiqtus
ꝓmiſſa tẽporalia peteret,vbi relictis oĩbus nemo
ſuum quicq̃ dicebat? Quis mortalis arenę multi
plicationẽ carnalẽ potuit quaſi iuſſam amplecti:



vbi angelica virginitate fulgidis inſtitutum erat
cęlos inſignire luminibꝰ? Quis deniq; vel in pace
tranquillũ,vel ab hoſte tutũ ſe credidit,quẽ perfe
cta ſub apoſtolis & ſenioribus obœdientia nõ ſta
biliuit? Libertas eñ aut gloria nulla putabatur,
quę non de mitis & humilis dñi imitatione ꝑfe=
cta eſſet. Quibus vero iſta vel vtriuſq; vberis la D
tam diſcrepantiã vel alterius ſupra alterũ prępol
lẽtiã neutiq̃ pręſtare videbunt: vt cordatiſſimam
virginẽ haud immerito,in ſecundo ſibi cõplacuiſ
ſe dignoſcant: res illis vt arbitror paulo altiꝰ re=
petẽda eſt. Leges igitur qui eiuſmodi eſt duas no
uerit, veterẽ & nouã,duo ſpõſi vbera ſingillatim
pręferentes,vt ex earũ collationis differentia & ꝓ=
cellẽtia vberũ quoq; principatũ ſit facile aĩaduer
tere. Vetus enim data interioribus,ideo lex dicta
timoris dũ ꝑ pœnas a maleficio arcebat, vel ꝑ tẽ=
poralia blandiẽs illectabat. Pręter hæc (q̃ ſuperiꝰ
in vino deſignauimus)venturi meſſię ꝓmiſſione
ſuos cõfouebat. Sic autẽ agẽs lacte potabat pueri
tiam,quã gratiã cõferendo non ꝑficiebat. Cæterũ E
quid profuerit, ſi ſexcẽtis oraculis vẽturũ repro
mittas,niſi pręſtes tandẽ aliqñ pręſentẽ? Certe nõ
redimet,non ſaluabit,non ſeras inferniq; repagu
la demolietur, nõ deniq; cæli atria reſerabit pan=
dens iter ante eos,niſi præſens. Hoc aũt nõ vetus
lex exhibet,ſed noua:quæ in quiete data lex amo=
ris vocatur, & ꝑfectę libertatis, dum in Chriſto
exhibito mundi proſpera deſpicere, & nulla eius
aduerſa formidare ꝑdocuit,quaſi ſecundo & feli=
ciore vbere,in virum ꝑfectę ætatis ſuos educans
cibo ſolidiore firmauit. Quarum pręrogatiuas
quoq; ſi conſideres noua in nullo inferior, ſemꝑ

& vbiq; reperiet vberis ſui fœcunditatē & gloriā
gratijs multo ſublimioribus cōmēdare. Eſto lex
vetus pro Iudęorū duritie in tabulis lapideis di
gito dei ſit ſcripta. Noua certe viuo dei verbo fi=
deliū cordibus eſt impreſſa: Illa figurę. hęc verita
tis: Illa qa litera occidit, lex dicta eſt mortis: hæc
autē quia ſpiritus eſt qui viuificat, lex appellata
eſt vitę. Illa pœnę hęc gratię: illa oneris, hęc facilita
tis. Illa viciſſitudinē ꝓmittit vltionis: hęc & inimi
cos amplectit latitudine charitatis. Qd ſi poſtre=
mo nimiſq; magnificū ducim⁹, qa in monte data
eſt, & noua: quia a deo data eſt & noua: qa popu
lo dei data eſt: & noua, quia peccatum pandebat:
veritatem dicam plus noua: nullum malum per
mittit, nullum bonum omittit, tēporalia remit=
tit, ęterna ꝓmittit, contumelioſis & laceſſentibus
libenter dimittit. Peccatum aufert: veniam refert
gratiam profert: gloriā confert: cui qui patienter
hęret, oīa ſuffert: faſtus ſuperborū, riſus munda
norum, liuores inuidorū, cachinnos irriſorū, lin
guas detractorū, plagas inimicoꝝ, cōmenta ſedu
ctorū, ſycophātias hęreticorū, minas tyrānorum
gladios perſequutorū in fide & iuſtitia in humi
litate magna, in quiete & ſilētio, in charitate ſum
ma, in ſpe & lōganimitate, vt interim de documē
tis inſtructib⁹, ſacramētis adiuuantibus, miſeri
cordię & pietatis operibus promouētibus donis
concurrentibus, conſilijs perficientibus, & beati
tudinibus in omnimoda ſanctimonia cōſummā
tib⁹ taceā, qb⁹ in noua lege quaſi vnguētis Chri=
ſtū vnctū prę participibus ſuis, ita ſecūdi vberis
fœcunditatē locupletaſſe conſtat: vt fragrantibus
nouis virgo ſapiēs vetera faſtidire, aſpernari, re=



fugere, ac proiectare, & iam haud iniuria preca=
ri viſa ſit. Trahe me poſt te, curremus in odorē
vnguētorū tuorū. Verū quibus obſecro nō es in F
ſignita beatitudinibus, quā beatam ꝑdicāt oēs ge
nerationes, quibus documētis & ſacramentis, q=
bus non es illuſtrata miſericordię & pietatis in=
crementis, doniſue cumulata diuinis, quā gratia
plenam angelus profitetur? Quibus demū nō es
conſilijs perornata quā paupertas in oēs miſeri=
cordia prędiuitē: virginalis ſinceritas deiparam:
obœdientię aūt humilitas ad cæleſtiū terrenorū
inferorūq; vniuerſum ſuſtulit imperiū? Quid=
nā ꝑtendit iſthęc orationis inſtātia, vt poſt eum
trahi peroptes, quē ſimul & eius legē in tātis be=
nedictionibus præuenire ꝓbaris: quid demū cur
rentem te currentibus inſeris, quæ brauium prę
currens, teſte archangelo, prædicaris appręhen=
diſſe. Ait enī domin⁹ tecū. Certe paupertatem ſi=
ne conſilio, virginitatē ſine exemplo, euangelicam
obœdientię ſublimitatem ſine precepto, ante euā=
geliū Chriſto nōdū illapſo exhibuit, vt in ijs ve=
rius ducem illam mirari debeas, q̄ comitem aut G
pediſſequā. Sed hic ſingularis abſoluteq; humili=
tatis vſus eſt, vt cęteros ſe comites ſemper habe=
re & aſſerant, & cupiant ij, quos conſtat, palamq;
eſt in ſublimioribus heroicisq; operibus præcel=
luiſſe: gratiarūq; fluenta in ſui fontis originem
refundant ſtudioſius, vt vberius fluant, perin=
de atq; orans in ſpiritu humilitatis dicat, nor=
ma, ſpeculum ac forma totius humilitatis. Tra
he me poſt te, qa quod ante exhibui tuū agnoſco
in quo qa te nōdū vidi, in incertū curro. Nrorū
ſuā ſibivendicet authoritas tua glīam, dum illis

exhibet præſentia certitudinē. Siquidē eo ſecuriꝰ,
quo humilius cum cęteris dicat. In odorē vnguē
torū tuoꝝ currere, q̃ te in illis pręuenire. Trahe
me poſt te, nec in poſterū tui abducas ꝑſentiam:
vt quæ diſſimulant priore vbere oleū ſpargēte di
ligere, iamiam ſalubriter ad præſentiā tui incale-
ſcētes mecū ſint, In odorē vnguētorum tuorum
currere ſollicite, ac in feruorē exhibitio accendat,
quas fecit dilatio tepeſcētes. Hæc enim cauſa, hæc
poſtulandi oſculi ſumma eſt, & non condignorū
ſuperba pręſumptio meritorum.

## Cap. VI.

Angelus virginē deo ꝑ ſilētium plura loquen-
tē ſecundo affatur, & de diuino conceptu plenius
inſtruit, ac demū quid ꝑ verba virginis, & ꝑ vi-
nū cui comparantˀ, ſignetur, innoteſcit.

## Vox Angeli.

A INtroduxit me rex in cellaria
ſua exultabimus & lætabimur
in te memores vberum tuorū
ſuper vinum.

¶ Mirantē eam, & roſeo vultu verecundię liquo-
re perfuſam, intuitus angelus, vt prius conſola-
retur pauidā, & poſtremo hęrentē confirmaret.
Imprimis ſuſpectū aggreditur timorē, vt vel ſie,
a ſe auerſam (deo enim loquebatur) cōmodius re
uocaret. Ne timeas, inquit, Maria ſermonis falſi-
tatē, aut ſententię ambiguitatem, ſalutis amiſſio-
nem, aut retenti diminutionem: Introduxit me
rex in cellaria ſua. Superius modeſtiſſimā puellā



ad virilem conſpectum quadātenus in ſenſu mo
tam diximus: amplius aūt in ratione, ne fortaſſe
in lucis angelum princeps tenebrarum trāſfigu-
ratus eius ſolitudini inſidiaretur, gratiæ pleni-
tudine (vt olim Euæ ſcientiæ diuinæ participio)
fallaciter ꝓmiſſa: in intellectu vero ampliſſime cū
eius ſolius ſit gratię plenitudo, ꝗ quaſi vnigenitꝰ
a patre, viſus aſſeritˀ plenꝰ gratię & veritatis. Atq̧
citius a priore abſolutam cōijcimus, vbi ianuis
clauſis (erat. n. vt pie creditˀ Marię clauſum oſtio
lū) eū ingreſſum aduertit: hoc eñ humanitus vir
nō poterat. Verū reliquorū alterū extēplo blandi B
ens angelus abſtulit: cū malignorū mos ſit, hor-
rifico terrore exanimare. Poſterius quoqꝫ ſtudet
idonea ratione abolere. Introduxit me rex (inqt)
in cellaria ſua. Rex inquā ille apprime mirabilis,
deus deorū & vniuerſę poteſtatis, cuiꝰ plena gra
tiarū facies, ac pelagus infinitę ſubſtantię, diuitia
rum quoqꝫ inexhauſta impenetrabiliſqꝫ abyſſus
rex magnus & laudabilis nimis: cuius magnitu
dinis neqꝫ finis, neqꝫ numerus eſt: ꝗ oīa creauit,
oīa cōtinet, & ſuauiter diſponit: a quo omne eſſe
& viuere: introduxit me in cellaria ſua, vtiqꝫ ad
incompręhenſibilia æternæ prędeſtinationis ſecre
ta, & de plenitudine gratię tuę efficaciter īſtruxit,
ꝗa inueniſti gratiam apud deū, nō ꝑſumpſiſti, vt
primus angelus, non perdidiſti, vt protoplaſtus
non emiſti, vt Simon magus, ſed inueniſti: quia
quęſiſti. Et felix tu ꝗ nō poſtulaſti dies multos,
& diuitias, & gloriā, ſed gratiā: quā inueniſti, nō
vtiqꝫ ſufficientię tm̄, vt pleriqꝫ: aut redūdantię, vt
Stephanus & apl̄i: ſed excellentię, & tantę omnino
vt inſtar torrētis fluminis, reliquis quoqꝫ fœcū-

ditatem meritorũ elargiaris,ˈdũ tu terra nõ ari=
da,ſed irrigua,& a dño benedicta,mundo germi=
nas ſaluatorẽ, a quo ꝑ manus tuas mũdo ꝓflu=
at vniuerſitas gratiarũ,vt de eiꝰ plenitudine ac=
C cipiant oẽs gratiam. Origo eñ ipſe,& gratię prin
cipiũ,dũ in ventre tuo fons nobis efficit̃ aquę ſali
entis in vitã æternã:te quaſi fluuium aquę viuę
ſplendidę tanq̃ cryſtallũ, procedentem de ſede dei,
& agni,multiplicium replet aquis gratiarum ad
mortaliũ ſalutẽ:parare cibũ illorũ,qm̃ ita eſt prę
paratio eius,vt panis angelicus in terra tua pa=
nis hominũ fiat,& tandẽ ad irrigandã vniuerſam
terram ſicut aquęductus de paradiſo,apoſtoloꝝ
& doctorum riuos inebries, & perinde ac fluuiꝰ
Doryx.i.generationis medicamẽtũ,nõ iam vipe=
rarum aut veprium, ſed virtutũ germina ſan=
cta facias,plantes,irriges,ac dño incrementũ dan
te multiplices.Ne timeas igitur vel ob rei ampli
tudinem,aut tenuitatem tuã, quia inueniſti dei
miſeratoris charitate, humilitatiſq́ꝫ tuæ ad hoc
ꝯmoditate,gratiam apud deum: nempe hominũ
ſalutem angelorum reparationẽ, & vtrorũq́ꝫ re=
conciliationẽ:dum & hoĩbus angeli in miniſteri=
um miſſi ſtudioſius obſequentur,& eorũ ruinæ
ab ijs qui hęreditatẽ capiũt ſalutis, tuo miniſte
D rio reſtituentur.Ecce enim concipies, non ex vte
ro,quia non ex virili ſemine,ſed in vtero,q̃a my=
ſtico ſpiramine,& paries filiũ: & vocabis nomen
eius Ieſum.hic erit magnus,& filius altiſſimi vo
cabitur,& dabit illi dñs deus ſedem Dauid patrĩ
eius,ęternã nõ tẽporalẽ, nõ inſtabilẽ ſed immobĩ
lẽ,& immutabilẽ atq́ꝫ incõcuſſam: quia regni eiꝰ
nõ erit finis,idq́ꝫ in poſſeſſione pacis,nõ in viſio=



ne dũtaxat: quia nõ in Hieruſalem quæ ſeruit cũ
filijs ſuis, ſed in ea quę ſurſum eſt libera, in qua
tu hodie mater noſtra diuinitus ſublimaris.Ea
de re & nos exultabimus & lætabimur in te,me=
mores vberũ tuoꝝ.Super deuoto lectori ocioſuꝫ
arbitror, myſtica hic Marię vbera requirere, cũ
ſacroſancta illa intaminatę deiparę vbera de cæ=
lo plena,omne delectamẽtũ, omniſq́ꝫ ſaporis atq́ꝫ
amœnitatis exuperantiam ꝓfluentiſſime egerãt.
Sed abſit vt de vino in quo eſt luxuria angelum E
loquutũ opiner,verũ quẽadmodũ Chriſti vbera
vino legis Maria prętulit, ita & hic ipſius vbera
virginis,angelus.Neq́ꝫ id ab re:illo eñ aut ſerui
timore,aut amore lucri mercẽnarij,ſub lege & pę
dagogo educabant̃.His autẽ ipſe legis dñs adole=
ſcit.Atq ſi etiã iſtud angelico palato quiſpiam cõ=
tendat inſipidum,non refragabor,aliud accipiat.
Eſt eñ Zacharia teſte bonũ & p̃ſtantiſſimũ vinũ
germinãs virgines,mire efficax,vtpote naturam
vincens,& per aſſiduã incorruptionis meditatio
nem in corruptibili corpore mẽtẽ mutans in an
gelicã ſublimitatẽ.Quo extra præceptũ, p̃ter con
ſiliũ, ſupra exẽplum, Maria ſobrie ebria, prima
in heroicã virginalis puritatis profeſſionẽ exceſ=
ſit.Vinum hoc purum putũ, vinum hoc imper
miſtum,infermentatum, & defęcatum, ſed cui
haud iniuria certo cõſultoq́ꝫ reſpectu,Paleſtinæ
virginis vbera præferat angelus . Illo ſibi conſu=
luit.His autem vberibus angelis & hominibus,
dum omnes in vnum conſortium reparantem
Chriſtum pauit.Præterea angelis vberem lętitię F
ſegetem contulit, inauditum virginalis contu=
bernij inſtitutum, enimuero Sydereis ciuibus

virginalis exceſſus cęleſtis ipſa fœcūditas exulta-
tionem multo quidem ampliorem pręſtitiſſe cre
dēda eſt: vt qui in ea virginalis conſortij nomine
gloriantur, in ea quoq; exultēt. i. extra lętando ſal
tent, quā pręcurrentē ſe diuinę fœcunditatis pal-
ma inſperabili venerantur. Hic poſtremo (quod
prope omiſeram) quæſitu dignū videtur cur re-
gij nominis maieſtatem, nec mitius aliquid, fami
liariuſve protulerit. Introduxit me rex (ait) in cel
laria ſua. Abſtergēdo enim pauori (ꝙ quiddā an
gelus negocij moliebatur) minus idonea efficaxq;
videtur regię maieſtatis ſtupēda inculcatio, quā
G perfectus amor nō attendit ſed timor. Quare Sa
lomonē quoq; ipſum in libri huius frontiſpicio
tituli ſuperciliū erugaſſe credimꝰ. Neq; enim vt
in parabolis addidit, Filij Dauid regis Iſrael, aut
regis Hieruſalem vt i Eccleſiaſte: ſed dūtaxat ait
Cantica Canticorū Salomonis. i. pacifici, ꝙ in pa-
ce (ad pſalmi ſententiam) veri locus ſit factꝰ amo
ris. Hoc angeli ſodalibus adoleſcentuliſq; cōgruū
quiſpiam fortaſſis cauſabitur, quibus adhuc ma
ieſtatis reuerentia (ceu nondū charitate conſum-
matis) eſt neceſſaria: vt q̄uis iure ſponſo ac ſpon
ſę gratulari debeant lętari & exultare. Interim ta-
men cū tremore. Verū ſi rem rimari exactiꝰ non
pœnitet, & rotam in rotę medio (vt hactenus fe-
ciſſe me putē) ſpeculari haud moleſtū ſit: nodum
valentiorē (vt aiunt) fortior expediet cuneus: Ait
quippe euāgeliſta. Hic erit magnus & filius altiſ
ſimi vocabitur, & dabit illi dn̄s deus ſedē Dauid
patris eiꝰ, & regnabit in domo Iacob in æternū &
regni eius nō erit finis. Sane nemo dat quo caret.
H Opportune itaq; regem inſinuat a quo miſſus



naſciturū filium ſuper Sion montem ſanctū re-
gem cōſtituendū pollicetur: vt qui ab ęterno erat
deus magnus & altiſſimi filius ipſe coaltiſſimus
& coimmenſus, in tēpore homo magnus, doctor
magnus, ſacerdos magnus, propheta magnus, ſe
dem Dauid acciperet, ſuperq; oēs deus magnus,
imperaret in domo Iacob in æternū, eſſetq; nomi
nis adęquatione Ieſus. i. Saluator, qui mandat ſa
lutes Iacob, rex noſter, & deus noſter in æternū
ſaluū faciēs populū ſuū a peccatis eorū: ſi tamen
nominis Iacob ſignificantiā, vitijs & ꝯcupiſcētijs
quæ militāt aduerſus animā obluctantes ipſius
ꝑſidio cacodęmonē ſupplantare certemꝰ: vt in no
biſipſis regnet Chriſtus in præſenti per gratiā,
& in futuro per gloriam in æternum.

## Cap. VII.

Dicendorum aperit conſequentiam: tum duo
rectitudinis fulcimina ſtatuit.

### Vox Angeli.

Ecti diligunt te.
¶ Supernę prouidētię bonitas adorā- A
da, Cū prona aſpectent aīalia cętera ter
rā: Os homini ſublime dedit, cęlūq; vi-
dere iuſſit, & erectos ad ſidera tollere vultus: vt
a recto erectoq; exterioris hoīs habitu ad īterio-
ris moralē rectitudinē iugiter ſe cōponat, & glo-
riā dn̄i ſpeculando in eandē imaginē transformet
a claritate ī claritatē: a claritate ꝓprio indita cor-
pori, in claritatē creatoris ſui, tanq̄ a dn̄i ſpiritu.
Rectꝰ em̄ dn̄s deus noſter & nō eſt iniquitas in
eo. A quo infeliciter diſſidemus, prius incuruati

premente peccato,q̃ nati.Sed proh pudor multo
lachrymabili⁹ paternæ bñdictiõis dilapidata ſub=
ſtãtia,in regionẽ diſſimilitudinis planiſſimeq́ lõ
ginquã abimus:dũ cõditionis noſtræ honorẽ nõ
intelligẽtes,ſimiles iumẽtis inſipientib⁹ carnales,
bruti,beluiniq́ efficimur:nõ q̃ ſurſum ſunt, ſed
quę ſup terrã ſapiẽtes:corpe recti,mẽte recurua=
ti,ducentes de cęlo gen⁹.Degeneres vero morẽ de
cœno ĩ croceis ꝑ ꝯditiõis dignitate educãdi:ſ; ecce
proh pudor ſtercora porcorũq́ ãplectimur ſili=
quas,ſpurcas & abominabiles nimis.Heu me do
mina deſideratiſſima: qm̃ iniq̃tates meę ſupgreſſę
ſunt caput meũ:& ſicut onus graue grauatę ſũt
ſup me. Putruerunt & corruptę ſunt cicatrices
meę,a facie inſipiẽtię me. Miſer fact⁹ ſum & cur=
uat⁹ ſum vſq́ ĩ finẽ, niſi tu miſerta mei ſecundũ
magnã miã; tuã,& gratiarũ tibi credita gazophi
lacia mihi impetres:vt ſpiritũ rectũ ſup bñdict⁹
fili⁹ tu⁹ innouet ĩ viſcerib⁹ meis.Illuſtretq́ faciẽ
ſuã ſup ſeruũ ſuũ:vt excuſſa ĩiq̃tatũ caligine,ocu
li mei recta videãt: recta q̃q́ & mũda ſint in ꝯſpe
ctu veſtro opera mea:ſimq́ interceſſu tuo ĩ no=
mẽclatura coꝝ,de qb⁹ ad te archãgel⁹, Recti inq̃t
diligũt te. Quæ haud dubie in taciturnę ſolatiũ
dicta arbitror.Pręmiſit eñ.Exultabim⁹ & lętabi
mur in te,memores vberũ tuorũ ſup vinũ.Nos
inquã angeli ſed non ſoli:q̃a recti diligũt te,hoĩes
ſcilicet,quos tales deus finxit,neq́ oẽs:ſed recti,in
quib⁹ decor limi animi rectitudinẽ nõ mẽtitur:
& q̃ recto ĩ corpore diſtortũ claudicãtẽq́ animũ
nõ occultãt.Hi inquã diligũt te.i.ꝓbe agnoſcũt te
& pia imitatione venerant̃.Si cui enim p̃miſſorũ
alterũ deeſt nõ amat. Quoniã nemo diligit quod



ignorat:aut ſi nouit,imitariq́ renuit: nõ amat,
cũ morũ diuerſitas diſſidiũ ſit amoris:nullaq́ re
amor potius q̃ morũ conſimili ſtudio coaleſcat.
Veritatẽ(exempli gratia)guttur cuiuſpiam iugi
ter meditet̃,aperiant̃ labia eius vt recta prędicet.
Rectaq́ obtineat labia facũdiæ atq́ eruditionis.
Rectitudineq́ cõſtent oẽs ſermones ei⁹: Theoto= B
con.i.deũ enixam in corpore aſſumptã,perpetua
ante & poſt partũ virginitate florentẽ ac dũ cõci=
peretur peccati prorſus omnigeni immunẽ cõfi=
teat̃.Illius vero humilitatẽ,charitatẽ,obœdiẽtiã,
integritatẽ,paupertatẽ,modeſtiã,ſilentiũ, ſolitu=
dinẽ,feruorẽ,deuotionẽq́ pietat; & cętera id gen⁹
imitari quoad licet negligat:nouit q̃dẽ,ſ; nõ amat
ore eñ cõfitetur,factis autẽ negat. Contra:rectis
oculis aſpiciat alius ſacroſanctę virginis hũilita=
tẽ,charitatem,zelũ,beatiſſimęq́ obœdiẽtię ac vere
angelicę puritatis altiſſimęq́ pauptatis vias dñe
rectas obambulet,ſilẽtiũq́ & ſolitudinẽ omni ſtu
dio ac feruore pſeq̃at̃,nõ diligit tñ,ſi nondũ lux
orta eſt ei: vt vel dei parẽtẽ vel(vt litera iſinuat)
ſine peccato conceptam credat,quã diligit . Non=
dum enim nouit quam a ſe diligi oporteat,illiq́
(vt ita dicam) Laban impoſuit,qui recte ſeruien
ti lippam ſuppoſuit. Quippe lippa & per pecca= C
tum in naturalibus immutata eſt: quã in inſci=
tię tenebris amplectitur:non autem Maria quæ
eſt tota pulchra . Pro qua & ſi annos ſeptem
pręamoris magnitudine paucos dies reputans,
ſeruiſſe conqueratur:mirabitur tamen facto ma
ne(ſi ſaltẽ vel demũ ita caliganti lux affulſerit) de
conſuetudine patrię illi probari alteram eſſe pro
qua ſeruierit , & alteram quam diligat . Nempe

cõceptã opinatur in peccato quã diligit,cuiuſmo
di eſſe dei matrẽ eccleſiæ ſenatuſconſultum annis
multis receptum negat. Pro qua tametſi illũ na
uiſſimam operã militaſſe facta rectiora cõteſten
tur, dũ illam hęreditario cõmunis peccati conta
gio inficit:neſcitq; in integritatis priuilegio cõce=
ptam aduertere:male vidẽdo perdit,quod potuit
bene viuẽdo promereri.Qua enĩ poterit ratione
quã non diligit ꝯſequi,aut ſi diligit, quomodo nõ
nouit:aut ſi nouit,quomodo rectiſſimã nõ agno
ſcit,& nunq̃ a cõmuni obliquitate reuocatam:ſed
ſingulari dei munere perpetua intaminabiliq; &
naturalis & pſonalis integritatis rectitudine prę
dicãdam: de qua audit Recti diligũt: ſcilicet recti
rectiſſimã.Quod ſi agnoſcere renuit,plane nec di
ligit.Sed ſi nõ diligit,nec adipiſcetur omnino:quia
rectus nõ eſt.Verũ priorũ curuitatem ab ea fa=
ctis diſcrepantẽ , ſatis abolere debet ipſius exem=
plum ad bona opera eos ſalubriter prouocãtis:
in verecũdia,puritate & humilitate,in ſilẽtio ſoli
tudine & ſimplicitate: in lectionis, meditationis,
oratiõis,& contẽplationis ſedulitate:in fidei,ſpei,
& charitatis immẽſitate,ac cæterarũ virtutũ cõ=
mẽdatione inexplicabili: quas pij ingenij ſtudio=
ſis textus pſens ſeriatim reprę ſentat: vt vel ita de
D ducat illos per vias rectas:& oſtendat illis regnũ
dei:nõ in ſermone poſitũ:ſed in virtute. Enimue
ro alteri⁹ factionis obtutui ollas(vt in parœmia
dicit) aut cucurbitas lippienti vt plena ſit rectis
corde lętitia,lucem veritatis aperit dicens.Nigra
ſum ſed formoſa filię Hieruſalẽ ſicut tabernacu=
la cędar,ſicut pelles Salomonis,idq; rectiſſime:vt
quos inſcitia & nõ malitia alienauit, aperti reuo



cnetur eloquij poſtliminio,nedum operibus ta=
citis: vt priores , eoq; loci potiſſimum vbi præ=
ſens ſit,& tacuiſſe periculũ, & direxiſſe cõpendiũ.
Compendiũ quidem,quia dũ ſuam cõceptionem
enucleatius aperit:ſponſi quoq; Chriſti cõceptio
nem ſuccinctius, ac mutua collatione euidẽtius
abſoluit.Periculum autẽ in pręſenti negocio ma
ximũ,ſi quę caput ſerpentis cõtritura eſt ab ini=
tio repromiſſa,ac nũc demũ ab angelo dei parens,
angelorũq; futura domina,gratia plena ſalutat:
a ſerpẽte potius contrita putetur,& ante irę filia
fuerit,q̃ gratię,mortis q̃ vitę, maledictionis q̃ be
nedictionis: quę inuentrix gratiæ, genitrix vitæ,
mater benedictionis pſignatur.Abſit ab opinione
piorũ: vt ãgeloꝝ regina & mr̃ altiſſimi vel ad mo
mentũ fuerit ancilla diaboli.Prorſus enĩ ignomi
nioſum eſt,ſi filius parentem habeat ſeruã: ſane
ignominioſius ſi filius dei ſeruã diaboli.Sub hęc
terrã illam inuiolabili ſcripturę ſanctæ authori=
tate nulli adhuc maledictiõi obnoxiã fuiſſe ſatiſ=
ſuperq; cõpertũ eſt de qua veterẽ illũ Adã qui eſt
forma futuri formatũ legim⁹:vt ſi qđ res eſt lu=
cẽ vmbra potiorem & veritatẽ figura abſolutio=
rẽ eſſe cõueniat,ratiõi mire cõſentaneũ credam⁹,
etſi nõ ſublimius certe pari modo terrã illãſacro
ſanctã nõ tm̃ ſanctificatã aſſerere:ſed & ab oĩ ma=
ledictiõis vindicare opprobrio: de qua ſecundus
Adã ille cęleſtis factus eſt p quẽ ſupnę hęreditatis
futuri participes ſumeremus chriſtianę purita
tis exordia. Sed ad rẽ redeamus. Recti diligũt te
nẽpe angeli vt reginã,hoĩes vt regulã,ac ideo non E
oẽs:ſed recti diligũt te,vt obliquę neſciã originis:
vt matrẽ ęternę rectitudinis. Enimuero q(vt eſt

cõmuni ſermone vulgatum)non ſe ad amuſſim: ſed ad ſe amuſſim aptari volunt,tuã ſua æſtimã tes originẽ, neſciũt rectã eſſentialis matrem recti tudinis in veritate complecti.

## Cap.VIII.

Oppugnatrices puritatis marianę cõceptionis rationes obijcit,quas ſoluit,eas pręſertim quę ex doctorũ ſacriq; eloquij prodiere ſententijs.

### Vox Marię.

Nigra ſum ſed formoſa filię Hierusalem,ſicut tabernacula cedar,ſicut pelles Salomonis.

A ¶Tum ergo ſapiẽtiſſima,mater pulchrę dilectionis & timoris futura, vbi timorem pſumptiõis apud deũ ratiõe eluit dilectiõis impedimẽta, q̃ a cęcitate noſtra pſertim manabãt,ſtudioſi⁹ amolitur:in primis quæ a cauſa,tũ q̃ a defectu,poſtremo quę ab effectu deductę obſtrabãt obiectiões ta cite cõuellens ac diſſipãs. Dicebãt em̃ quo ad primũ In pari cauſa par eſt iudiciũ : at ipſa e cõmuni parentũ cõmercio:vt cęteri.Iuxta legem cõcupiſcentiæ vt cęteri,ſemine infecto ſata,propagata eſt vt cęteri. Itaq; tabernaculũ corporis eius tabernaculũ cedar vt cęteri.Non igitur formoſa vſquequaq;,ſed nigra vt cęteri. Quin & in Adã oẽs peccauerũt,qui in eo fuere per ſeminalem rationẽ:ergo & ipſa. Ad hęc e ſacris literis multa ſunt teſtimonia credibilia nimis, qbus palã fit oẽs peccauiſſe & egere gloria dei, vt & ſapiẽtiſſimus ille Salomon clamet,virũ de mille vnũ reperi,mulierẽ ex oĩbus nõ inueni. Quod & pſalmicen pater eius pręcinuit. Oẽs(inquit)declinauerunt,ſimul inutiles facti ſũt,nõ eſt q faciat bonũ, nõ eſt vſq; ad vnũ:ſc; Chriſtũ,qui eam ob rem citra maris operã naſci voluit:vt hinc quoq; inſinuaret oẽm e cõcubitu ppagationẽ eſſe pctĩ, q̃ q̃ ſola inde nata nõ eſt nõ fuit caro pctĩ.Hæc & paria tortuoſi B illi oblacterant:vt rectiſſimã virginis ſacroſanctę originẽ cõibus ruinis inuoluãt, & in areã intrudãt cęterarũ nihil ei⁹ primordijs eximiũ a cęteris cõdonãtes,q̃ & in vita meritis oẽs oĩm ętatũ ſupgreſſa ẽ,& ab obitu ſupra angelorũ choros exaltata:vt hinc nõ iã inter:ſed ſupra oẽs illã ꝯſtituẽdã potuerint facile cẽſere. Cui proinde in heſter myſterij vmbramine a dño in cõceptu dictũ putem nõ pro te:ſ; p oĩb⁹ lex hęc ꝯſtituta ẽ: vt poſi modũ p enũciationes,vel ſacrę ſcripturę,vel ſanctoꝝ nequeat inter oẽs cõprẹhẽdi,q̃ tam euidẽti noſcit exempta priuilegio.Ille em̃ vniuerſos tabidi cõtagij lue aſperſos declarãtes,vel hyperbolen ſonant vel(vt ita loquar)cõmodã diſtributionẽ,aut etiã vniuerſalitatẽ nõ pro ſingulis generũ: ſed pro generibus ſingulorũ.Aut demũ de hominib⁹ intelligendę ſunt,cõmuni legi obnoxijs, nulliuſq; gratię pręuentu ſeruatis:vt hinc nec illam in mulieribus Salomon inuenerit , cum in viris vnum de mille comperiſſet , eum qui ſolus eſſentialiter ſecundumq; naturam (cui in toto eccleſiaſte Salomon intendit)bonus eſt,bonorumq; omnium prora & puppis:de cuius plenitudine omnes accipiunt. Maria autem q̃uis non declinarit fa- C cta inutilis : tamen vt bona dicatur, hoc illi eſt, non ſecũdum naturam:ſed per participationem,

gratiamq; peruentricem, qua id genus enuncia-
tionum generalitatem credenda eſt dum concipe
retur euaſiſſe. Alioqui ſi ſimpliciter legas: cũ paſ-
ſim ſcripturæ, oẽs actuali irretitos clament, ſaltẽ
veniali. Dicit enim Iacobus in multis offendim⁹
omnes, & Salomon: Nõ eſt homo iuſtus in terra
qui faciat bonũ & non peccet: multaq; in hãc ſen
tentiam: fatearis neceſſe eſt (qđ oẽs diffitentur)
ipſam quoq; deiparã actuali illapſam offendicu-
lo ad minimũ veniali. Sed cũ veniale non gratiæ
extorrẽ, ſicut originale capitalẽ dei hoſtem conſti
tuit. Cur igitur in his potius rigorẽ ſermonis re
laxas, q̃ in primis, quaſi nõ ſit execratius damna
biliter a deo ſubtrahi, q̃ illi vel ſemel minus forti
ter inhęſiſſe. Quocirca vbi maior nedũ par mili-
tat ratio, eadem benignę interpretationis regula
vtendũ eſt: eoq; cõfidentius, quo de beneficio & in
D dulto principis agiť, in fauorẽ eius cui datur cõ
ceſſo. His accedit eccleſię authoritas, anteq̃ fortaſ-
ſe licuit aliter opinari, & ita a ſanctorũ nõnullis
actum recolimus, quos pro temporis habitu ex
cuſatum iri par eſt, ſemper in omnibus eccleſiæ
definitioni ſtare paratos. Fuſius aũt ſemel iſta di
xerim, ne ꝑperantẽ idẽ inde emergẽs ſcrupus re-
moretur. Verum ne iſthęc in totũ cõmentitia exi
ſtimes, iam ſymbolicos literę ſimilitudines ſcrute
mur oportet. Nigra ſum (inquit) ſed formoſa fi-
lię Hieruſalẽ, ſicut tabernacula cedar, ſicut pelles
E Salomonis. Cedar mœrorẽ, interpretatur vel te-
nebras, aut mœrentem vel tenebroſum. Fuit cũ
is filius Hiſmaelis, filij Abrahã ex Agar ancilla ge
niti, a qua q̃ nũc ſaraceni olim agareni dicti ſunt:
habitantes in tabernaculis ſolis ardori aeriſq; in



iurijs expoſitiſſimis: vt ꝑ tabernacula cedar mor
tis huius corpora ſignata putẽ, in q̃bus lugẽtes
naſcimur, vitã auſpicantes a lachrymis tenebro-
ſi filij irę, & ex ꝓpria conditione (vt vere ſerui pec
cati) oĩbus iniurijs obnoxij, quoad virtute me
reamur ex alto indui, & in filios adoptionis via
gratiæ aſciri. Pelles vero Salomonis (de quib⁹ hic F
agitur) intelligi arbitror, quas ille ſacrorũ ſtudio
ſiſſimus ad velandã archã ante templũ extructũ
cõcinnauit, ſi forte ingruente bello aut alia vrgẽ-
te neceſſitate foret quoq̃ transferenda, veluti ſub
hely Saul & Dauid factũ legitur. Atq̃ ille licet ꝓ-
pria ꝯditione eſſent, vt tabernacula cedar, pluuię
& caumatis paſſibiles, nunq̃ tamen aliquid tale
memorantur expertę, diuinę gratię preuentu: pa
cis ocijq; largitore altiſſimo in Iſrael, cunctis die
bus Salomonis, qui ideo pacifici nomẽ obtinuit,
quia fecerit eũ dñs requieſcere ab omnibus inimi
cis ſuis per circuitum: vt hunc in modum virgo
gratiarũ virtutiſq; plenitudine locuples, nõ ma-
ledictũ pro maledicto reponẽs, ſed vincẽs in bono
malũ, irarumq; molli ſermone ſeminaria confe-
rẽs locuta videať. Filiæ non Belial aut Babylonis G
(quod veraciter & fortaſſis iure poterat ob illatã
contumeliam) ſed Hieruſalem ob gratiam quam
maledictis reddo, aut ſpem correctionis quã pate
facta veritate ſuſpiro, nigra ſum, ſed formoſa, q̃a
ſi quid nigrum, non continuo & turpe eſt. Nigra
igitur ſicut tabernacula cedar ex vniuerſali oĩm
propagine, ex eadem a protoplaſto ſeminali cum
cæteris ratione, ex ſimili matrimonij fœcũditate.
ſed non ideo & turpis. Turpitudinem enim non
propago ſed libido, non fœcunditas, ſed fœditas,

nō ſeminis ratio tranſmittit,ſed naturę inordinatio.Ideo formoſa ſicut pelles Salomonis,quā non ex cōditione,ſed pro ſola clementia tanto dignatꝰ honore eſt altiſſimus,vt per gratiā(ceu olim typici pelles Salomonis)illius tā deteſtandę iniuriæ immunitatē acciperē,quā veri ex me opere ſpiritusſancti deſumpta pellis Salomonis,habet ꝑ naturā.Hęc ꝙ poſſibilia faciliaq; deo fuerint,trahere poteſt in cōtrouerſiā,q nōdū capit,qa nō erit im
H poſſibile apud deū omne verbū.Clarius dicā.Parentes ortūq; ipſum cōſidera, in quibus cæteris & ipſa cōformis,nigra erit vt tabernacula cedar, ac peccati reā cū cæteris facies.Atqui ſi dei miſerātis præſidiū,primę cauſę ſuper ſecundas gratiam pręuenientem,ſingulare diuinę matris meritū,& legale filij debitū ſupattēdas,haud magno qdē impēdio pulchrā intelliges ſicut pelles Salomonis. Qđq̄ enim cōmunis origo cōiugalis cōgreſſus, & ſeminis receptio poteſt fortaſſe cęteris nigram ex
I ſcripturarū generalitate arguere,non cōtinuo & turpē.Potuit eīn deus ſemē a cōmuni infectione pręſeruare,potuit quoq; a ſanctorū illius parentū thoro prorſus oēm,quæ culpā inferat,libidinē abſtuliſſe.Preuēti eīn ab angelo,unt credendi nuptiarū fructū cęlitus repromiſſum,non leuitate ſed obœdientię ſanctitate,nō incōſtātia ſed prudētia.Iudicio non affectu quæſiuiſſe, vt ſecundū rationis moderamē,& cōtinentię coniugalis effrenē libidinis æſtū putētur, fauente ſenecta & dei cooperante gratia ꝑ viribꝰ repreſſiſſe. Potuit etiam altiſſimus,aīa nōdū corpori infuſa illud a fomite purgare,aut aīę ipſi gratiam cōcreare. Potuit deniq; vel originalem iuſtitiam vt debitam non



imputare, vel etiā dare, ꝙuis illam poſt lapſum nemini,plęriq; reſtituant,ſed dono prædicent auguſtiore penſandam,nempe gratia,ad quā habendā nemo non teneatur vt prius iuſtitiam originalem.vtcunq; habet:quouis alio pręmunita diuinitus medio:iure oīno formoſa aſtruetur, ſicut pelles Salomonis, & quæ diuerſum ſonāt vel canonicarū ſcripturarū,vel doctorū veterū ſententię,cōmunem legem reſpiciunt,quę gratię dei nihil pręiudicat nedū illorum ſententiæ.

## Cap.IX.

¶Reliqua virgineę conceptionis ſinceritatem impugnantia argumenta ponit & ſoluit.

### Vox Marię.

NOlite me conſiderare ꝙ fuſca ſim.quia decolorauit me ſol. A

¶Scripturarū ſacrorūq; doctorū generales ſententias,prout vel priorē, vel præſentem locū reſpiciūt,ſupra tetigimus, vt onerosum certe ſupfluūq; videatur,quicq̄ repetere. Quid aūt Aaron & ſorori eiꝰ nigrā atq; ęthiopiſſam, ſ; pulchrā,immo nō eā,ſed Moyſen calūniātibꝰ acciderit,forſan ijs excidit memoria. Quaſi eīn illis locutus ſit deus gloriā meā alteri nō dabo,prudentiam ſuā oſtentantes plurimā,adiutores dei ſiūt ſuſtentantes eius brachiū,quē niſi matre ruente fortē nō arbitrant.Etenī pleni ſermonibꝰ creaturę cauſantes defectū,labia ſua apiūt Deū inquiūt, hoī nō æquabo.Quis.n.in nubibus ęquabit dño, aut qs ſimilis erit dño in filijs dei, qui ſolus ſine peccato eſt,ſolus immaculatus atq; imaculabilis

vt ſolus ſuo ſolius iure dicere potuerit. Venit
princeps huius mundi & in me nō habet quicq̄.
Illam igitur(aiunt)abſq; macula conceptam nege
mus,ne alioqui filio matrē ęquiparemus, Mariā
Chriſto,creatori creaturam,ac dum matri plus
ęquo tribuimus,filij conceptioni detrahamꝰ,cui
B ſublimitatem plane nullā vēdicamus,ſed abſit vt
cum filij iniuria,velit mater honorari. Eſto igit̄
formoſa ſicut pelles Salomonis dicatur & ſit: nō
negamus,non abnuimus,non derogamus,liben
tes ſuſcipimus,ſi nō de primęuo naturæ integrę
ſplendore intelligas,q̄ in ſolo eiꝰ filio ꝑſeuerat:ma
tri vero haud ęgre ꝓximū decus deferimus, ni=
mirum vt colorem maturius ſuperductū,ſemp̄
auguſtiorem ſeruauerit. Eſt igitur formoſa,ſed
fuſca,quia nigra,ſed de fuco,q̄a decolorauit eā ſol
.i.ſingulari pręrogatiua lucem eius pręradians,
decolorem oſtendit.Alioqui niſi fuſcā,aut ſi ratio
ne nulla decolorem cēſeas,quomodo quęſo verax
fiet eccleſia Chriſto occinens, Chriſte redemptor
C omnium &c.Illius ne redemptor, iuſtificator,ſal
uator,mediator,& reconciliator erit,quę non eſt
ſub peccato venūdata, ſed iuſta & per peccatū nū
q̄ diſtans aut diuiſa?quorſum reconciliatione in
diget?aut quorſum cōmunē cū cęteris redēptio=
nem capiat,quæ cōmunem non habeat redimen=
di ſe cauſam?Q; ſi non eſt ille eius redemptor,nec
omnium:aut ſi oīm:& illiꝰ ſit fatearis opus eſt.
Ad hæc nū illā moleſtias præſentis incolatus one
roſas, æſtum loquor,frigus,eſuriē,ſitim, egeſta
tem,triſtitiam,cæteraq; hoc genus, quæ priꝰ ex
periri liceat q̄ enumerare,ſponte aſſumpſiſſe,aut
deniq; non mortem ipſam,quā philoſophus vo=



cat oīm terribiliū terribiliſſimū(vt interim de ſu
pnę ciuitatis ꝑcluſo aditu ſileā ſi fortaſſe ante fi=
lij paſſionē præmortua eſſet)voluntarie & vltro
obijſſe cōtendes?Sed Chriſto derogas,cui peculia
riter iſtud oīm cōſenſus detulit. Si negaueris, cū
neminē deus immerentem affligat:culpam fateri
neceſſe habes,cui pœna nō defuit. Sunt enim hęc
in contractę labis ſuppliciū oībus inflicta His &
paribus ſententiarum inuolucris vias Marię re
ctiſſimas nō deſinūt obſtinati q̄dā opinionis hu
ius ſequaces euertere. Quibꝰ certe ſi Salomonis
ſequutꝰ edictū exiſtimer,ne ſibi ſapiētes viderent̄
iuxta ſtultitiā ſuā reſpōdiſſe,excuſabit (ni fallor)
lector pius.Imprimis cū nūc mihi cū illis antiq=
tatis ꝓceribus res nō ſit,quos(vt dixi)ſuū ſeculū
excuſat alioqui eccleſię determinationi ſtare para
tos:ſed cū ꝑtinacibꝰ(ſi qui ſunt)& eccleſiæ rebelli=
bus.Impudentiſſimiſq; ſycophātis.Deinde ꝙ hoc
agam in cauſa virginis,non mea.Poſtremo,ſi diſ
cutias,vt lethargicā taliū ſomnolētiā, & tenebras
pluſq̄ cimerias excuterem, me nullis fere vſum
acculeis comprobabis,præter quos vel Iob, vel ſa
cri authores in ſimiles ſtipites paſſim iaculātur.
Si enim de proprio aliquid vibrare placuiſſet, &
ſtultis reſpondere iuxta ſtultitiam ſuam,veren=
dum plane ne vti Salomon præcinuit, ipſe ſimi=
lis efficerer; ſed ad rem Deum inquit homini nō
æquabo.Forſitan veſtigia dei cōpręhendes,& vſq; D
ad perfectum omnipotentem reperies.Quid tu=
met contra Mariam ſpiritus tuus, vt proferas
de ore tuo huiuſcemodi ſermones? condemnabit
te os tuum, & non ego, & labia tua reſpondebūt
tibi,ac gladio ipſe tuo referieris.Inter cætera nem

pe hoc quoq; dixiſti,matri vero,haud ægre pro=
ximū decus deferimus.Eſto rhetoricantem beni=
gnus amplector.Primū cedat Chriſto, ſecūdum
ſibi vendicet locū,vt ea cenſeatur dignitate & pu=
ritate, q̄ neq̄t ſub Chriſto maior intelligi. Sed.n.
(vt de cęlicis ſpiritibus taceamus)quid de proto=
plaſtis ſentiendū?parem ne illi aut etiā ſuperiorē
(ſi Chriſto placet)gradū obtinebūt?abſit prorſus
neq; tu,arbitror,ita ſentis.Atqui deo opifice,ſine
macula ſunt conditi,vt ſi vmbram cum luce pla
cet, & figuram conferre cum veritate, in multis
illam,nedū in hac parte ſuſpicere, omniq; admi=
ratione efferre ſit opus.Sed enim neq; iſtud faſti
gij Marię tribuētes, Chriſtū ad illam demittem⁹
Quinimmo dum hoc matri detrahentes, quod
ſummo Chriſto vt ſummum afferant, miſerri=
me lippientes,eadem opera & filium & matrē in=
honorant,dum primum neſcientes,ſecundū pri=
mum putant.Primus enim gradus eſt,nō e vi=
E rili ſemine,ſed myſtico ſpiramine corpore (quod
nulli alij cōmune eſt)in inſtanti completo,& ani
ma viuificato,ac vtroq; ſimul a diuinitate in vni
tatem perſonæ filij aſſumpto : In vtero virginis
concipi ſine peccato naturaliter,ex eadem virgine
naſci inuiolata, integraq; permanente. Hunc ex=
cellentiæ gradum & prærogatiuam ſoli Chriſto
ſumma cum veneratione nullum illi ęquātes tri
buimus.Mariam nihilo ſecius ſecundo gradu ve
hementer demirātes,ex repromiſſione, de effœtis
& ſenio confectis parentibus,ſed ſanctis,immacu
latoq; thoro,citra omnem paternę labis iniuriā
dei pręueniente gratia conceptā, & natam lex in
fluentia enim & virtute primę cauſæ,hoc illi con



ceſſum credimus,non ſecundę: gratia non natu=
ra:ac demū dei non Mariæ ipſius virtute. Cæte=
rum eius qui ſolem ſuum facit oriri ſuper bo=
nos & malos,ſuper iuſtos & iniuſtos, venerādū
vtiq; verum & vnicum filium,ſplendorem pater
nę glorię, matris redemptorem adoramus,iuſti
ficatoremq;,& ſaluatorem aſſerimus. Redempto F
rem enim, non quidem ab inflicta captiuitate il=
lam redimendo, vt cæteros,at multo liberalius,
imminentem alioqui captiuitatem pręripiendo,
Iuſtificatorem quoq;,non noxiam abſoluēdo,ſed
longe optabilius,ab omnigena iniquitate pręſer=
uando. Saluatorem præterea, non periclitantem
liberando,ſed periculum om̄e maturius ſubmo=
uēdo,deniq; & mediatorē vnū dei & hoīm Ieſum
Chriſtū modis oīb⁹ ſuſpicim⁹, q̄ nō delinquētib⁹
tm̄, ſed & ſimplicibus (velut in magnatū regūq;
curijs & aulis pſpicuū eſt)opitulet. Talibus em̄
q̄uis innocuis,patet acceſſus citra interceſſionem
nullus. Certe neq; ad deum,qui totus ſpirit⁹ eſt
& lucem habitat inacceſſibilem , cuiq̄ homini
q̄libet iuſtiſſimo, facie ad faciem perpetuo con=
templandum patet aditus, niſi per nobis natū &
nobis datum pontificem & mediatorem Ieſum,
q̄ p nobis interpellās,nō infenſū mō patrē placa
uit & recōciliauit,ſ; & īter deū purū & hoīe; pu
rū,ver⁹ ipſe de⁹ & hō medius conſtitutus eſt,vt
imū ad ſummū p mediū vtriq; extremo p natu=
rā cōforme aſcendēs,in altū reduceret.& a deo ac=
cepta,dei & hoīm mediator de⁹ ipſe & homo,do=
na daret hoīb⁹.Hoc prorſus eximio īenarrabiliq;
mō,Dei & Marię mediatorē Chriſtū miramur q̄
gratiarū plenitudine cęlit⁹ infuſa,maternā hūilitatē

eo ſublimitatis extulit: vt illius vnica mater eẽt
in tẽpore:cuius deꝰ vnicus ante tẽpora pater eſt
G Demũ ꝙ reconciliator matris nõ ſit filiꝰ:mecũ &
ipſi ſentirẽt:ſi vellent(vt prius fecimus)matris &
nati mutuo honori cõſultũ,& dignã illis dignita
tem pio ſenſu conſeruatã.Nam recõciliatio diſſi=
dium p̃mittit,a quo honorificentius p̃ſeruari, q̃
poſt perperã admiſſa redire in gratiã,quis in du
bium vocet? At tãta cauillãdi auiditate in impu
dẽtię p̃cipitiũ cęci rapiuntur: vt nec ſolem videãt
cui indigniſſime derogant, qđ ſublimius eius eſt
(vt liquet)ac lucidius obnubilãtes:dũ ſolis malis
ortũ illũ argumẽtãtur.O pluſq̃ cimerię tenebræ
O lucifugę noctuę. Sed qualiter eas diſſipet ſtella
hęc maris, pulchra vt luna, adeoq; ſupra omnẽ
numerũ luna pulchrior, decet nos(ne oĩa hæc
inuẽti noſtri exiſtimes) preſſius aduertere, quæ
vt liquido videre eſt) ne ingratitudinis ſuſpecta
fieret,tantũ beneficij mirabili animi ſobrietate re
tulit: hæc enim illorũ eſt ſapientia qui ſpiritum
non huiꝰ mũdi acceperũt: ſed ſpiritũ q ex deo eſt
vt ſcient quę a deo donata ſunt eis,ſicq; gratiarũ
flumina in caput ſuũ & bonorũ omniũ authorẽ
deũ ſuaui murmurio referentes mereantur de=
nuo copioſius infundi.Sed enim virgo benedicta
totius humilitatiſ forma ne arrogans & iactabũ=
da crederetur,ſub ſimbolis ſecretũ clauſit.Nigra
ſum inquit ſʒ formoſa filia Hieruſalẽ,ſicut taber
nacula cedar,ſicut pelles Salomonis. Verũ gene=
ratio peruerſa & infideles filię irritatriceſq;, in eã
H dicta ſua(obſcura enim)mox retorſere. Formoſa
eſt(inquiũt)ſed fuſca:quia nigrã, idq; de fuco, eã
eñ decolorauit ſol.i.ſingulari inacceſſaq; pręro=



gatiua ſuper radiẽs decolorẽ oſtẽdit, & q ſolus ſi
ne peccato eſt,ac ſupra oẽm pc̃i aleam ſub ſe oẽs
reliquit illã cũ cęteris p pc̃m obſcuriorẽ deſigna=
uit.Ad hęc ampliori vſa modeſtia nõ poſſibilita=
tẽ,nõ ↄgruentiã,nõ opus deniq; ip̃m dilatãs phi
lateria ſua & magnificãs fimbrias aſtruit : ſʒ tñ
qđ falſo impingebaẗ,reijcit. Nolite me cõſiderare
(inquiẽs)ꝙ fuſca ſim,dicẽtes ſupple,qa decolora=
uit me ſol,nõ ita eſt:neq; eñ de ſolis gloria quicq̃
adimitur,ſed amplior auguſtiorq; ꝓbaẗ: ſi luna
perfecta in ęternum & teſtis in cęlo fidelis clarior
enituerit:hoc vtcũq; pſpicuũ differẽtes fecimus.
Cęterũ quid ex ea officere viſum ſit,egregie diluit
nõ iã obiecta reijciẽs:ſed inſigni,prorſuſq; admi= I
rabili dicẽdi peritia ad pleniorẽ glię cumulũ da=
ta ↄmemorãs:vt impugnatores nõ in eã,ſed ꝓ ea
pugnaſſe cõſtet.Filij matris meę(inqt)pugnaue=
rũt ↄtra me,neq; malo meo, neq; diſpẽdio(vt pu
tatis)neq; fruſtra,neq; ab re: ſʒ ſi minꝰ intelligi=
tis,cũ corona & gloria mea illuſtriſſima pugna=
uerũt q nõ expugnauerũt.Idcirco eñ data eſt mi
hi corona in generationẽ & generationem: vt me
ceu miſericordię reginã ex his q̃ paſſa eſſem, præ
fectã ponerẽt cuſtodẽ ĩ vineis, tametſi vineã meã
non cuſtodiui,ſed dñs . His ſane,aduerſarijs ſa=
tiſfactum abundantius arbitrarer,niſi forte bre
uitas vel ſimplicibꝰ (vt aſſolet) obſcuritatem vel
pertinacibus calumniandi locum relinqueret:nõ
erit igitur oneroſum:ſi vtriſq; proſpicientes eũ=
dem funiculum diutius protrahamus.

## Cap.X.

E

Vtilitates affert tolerantię virginalis, reliquas obiectiones ſimul diſcutiens.

## Vox Marię.

FIlii matris meę pugnauerũt cõ
tra me, poſuerũt me cuſtodẽ in
A vineis, vineã meã nõ cuſtodiui.
Marię mater (quæ, & oĩm viuentiũ) Eua. Por=
ro huiꝰ ſobolẽ, frigus & ęſtum, famẽ & ingluuiẽ,
ſitim & ebrietatẽ, mœrorẽ & gaudiũ, luxũ & pau
periem & cętera id genꝰ recte dixeris: quibꝰ tandẽ
ſoror earũ mors oĩbꝰ terribilis, ſępe ſępius inopi
nata ſuccedit. Hęc autẽ oĩa virgo eximia, licet oĩ=
genę ſordis expers extiterit paternęq; neſcia labis
ſenſit tñ citra offendiculũ aduerſa, ac patiẽtiſſime
pertulit, nõ in pœnã, abſit, ſed ad v̾tutis exercitiũ
ad patiẽtię cumulũ, ad amplioris glíę cõplemẽtũ
ad inſtructionẽ noſtrã & vtilitatẽ, ad imitationẽ
B &(vt ſic dicã) xp̃iformitatẽ: Chriſtiformitatẽ au
dẽter dixerim, quãdoquidẽ & iſta paſſus eſt xp̃s:
agnus ille immaculatꝰ. Is eñ q̃q̃ ſimplex, rectus,
ac timẽs deũ, & recedẽs a malo, nihilominꝰ vlcere
peſſimo ꝑcuſſus a planta pedis vſq; ad verticẽ in
ſterquilinio noſtrę mortalitatis ſedit primũ, dei=
de morte turpiſſima cõdẽnatus occubuit: vt oĩ=
no liceat indubie colligere, hoc genus afflictionũ
minime in pœnã ſemꝑ exigi: alioqui & ip̃m xp̃m
C (qđ abſit) infectę originis inſimulabimꝰ. Enimue
ro vti illa, in quo paſſus eſt & tẽptatus, potẽs eſt
& eis q̃ tẽptantur auxiliari, pari modo futuram
miſericordiæ reginã, per omnia pro ſimilitudine
abſq; peccato tẽptatam crediderim: vt ex his quæ



paſſa eſſet, diſceret miſericordiam, & omnibus eã
inuocãtibꝰ fieret cauſa ſalutis. Vnde fratres ſan=
cti, vocationis cęleſtis participes, cõſideremꝰ quę
ſo apoſtolũ & pontificem vocationis noſtrę, cõſi=
deremus & matrẽ eius. Siquidẽ in paſſionũ tole=
rantia, in tẽptationũ impulſibus & ęrũnoſę vitæ
huius tędio releuãdo, non mediocriter opitulari
arbitror, ſi tales duces ante oculos reuocemus,
nõ oſcitãtes & ſupinos: ſed manũ cũ hoſte conſe=
rentes, ac belli huius ſpiritualis molimina oĩa
alacriter impigre & fortiter perferẽtes. Horũ eñ
pręſidio p̄ſentiaq; armatus & munitus vir, peri
cula & aduerſa declinabit nullus, ſęuiat mũdus
licet, laſciuiat caro, & ibi q̃ vt nullũ timeret factꝰ
eſt, toto impetu deſęuiat, non paueamus tñ, aut
cedamus aliquãdo: ſed adeamꝰ cũ fiducia ad thro
nũ gratię: vt miſericordiã cõſequamur, & gratiã
inueniamus in auxilio opportuno, & cõtinuo fi
delẽ experiemur filiũ, fidelẽ & matrem qui nos ſu
pra id qđ poſſumꝰ tẽptari nõ ſinẽt: ſed facient cũ
tẽptatione prouẽtũ & exitũ vt poſſimus ſuſtine=
re: nã & ſubintulit: poſuerũt me cuſtodẽ ĩ vineis.
Quid times aĩa mea, quid trepidas, q̃d ad meip̃m
cõturbaris aĩa mea, tã ſublimi & peruigili cuſto
de donata? Eſto vinea electa, germẽ delectabile vir
tutis botros facito, nõ labruſcas vanitatꝫ, & Ma
riã ſuꝑ te defẽſiõis turrim miraberꝫ: ſꝫ & ꝑ muro
erit tibi vt q̃q̃uerſuꝫ munita poſthac nõ timeas
ab afflictionũ & aduerſitatũ, cũ corꝑaliũ tũ ſp̃ua=
liũ tiore nocturno, a vanę glíę ſagitta volãte ꝑ diẽ,
ab ãbitioſo cupiditatis negocio ꝑambulãte ĩ tene
bris ac mẽtitę ſimulatęq; virtutis incurſu & dę=
monio meridiano, trãſfigurãte ſe in angelũ lucis.

Sed aduerſa timemus, ſed mortẽ exhorreſcimus oĩbus terribilẽ, & ceu mala quędã ingẽtia, iſta oĩa
D deteſtamur. Erramus, mala nõ ſunt hæc: ſed bonis: vt cętera oĩa cooperanť in bonũ, & eo amplius quo id futurũ minus cogitamus. Hæc aũt in xp̃o altius cõtemplãtes, leuius feremus ſcio, nec vt ante de eodẽ calice hauriẽtes grauabimur. Sed īgens vt hõ iſta ꝑtulit, certũ eſt: at deus erat: vt quãdiu & quẽadmodũ vellet iſta toleraret. Certe (vt de cæteris xp̃o ꝯfœderatiſſimis taceã) quos talibus abũdãtius inebriatos veneramur, hoc de Maria aſſerere nullus audebit, q̃ dũ hęc oĩa aĩmo iuicto ſuperauit, & ecclĩę multiplicis theſaurizauit, & nobis vtiliter cõſuluit: vt illã nulla ꝑ vnionẽ hypoſtaticã, inhabitãte diuinitate ſuffultã contẽplãtes in talibus aſſiduã diuerſari, de cętero nihil iſta tolerãtes vereamur, q̃ demũ nobis, illius exẽplo agonizãtibus, tãta ꝓuidẽtia, tãta cura, tãta vigilãtia miſericordiæ mater intẽdit: vt nihil aliud videat attẽdere: ſed nec ſeipſam q̃dẽ. ait em̃: Vineã meam nõ cuſtodiui. Non ꝙ ſeipſam neglexerit, abſit: ſed a fomite libera, ab intus aprũ de ſylua inſurgẽtẽ nõ habuit: nec eius humilitatẽ diuina vallatã cuſtodia ſingularis ſuꝑbię ferus ad extra quoquo pacto inuadere ꝓſumpſit, vel attẽtare: vt non cuſtodiſſe ſit ꝟtute diuina ſecurã, ꝓpria nõ eguiſſe
E cuſtodia. Vel aliter infirmitates illę humanę Eug ſoboles oneroſa aduerſitatũ labyrintho inexplicabili intricatos quoſdã detinentes a ſublimiori virtutis bono remorantur, quoſdã etiam deijciunt, quos in deſperationis baratrũ vel impatiẽtia vel impotẽtis irę vitio pręcipitant. Ac demũ nobiſcũ per illos bene agitur, ſi repetitis talium ſtimulis



acrius appetitis eãq; ob rem a perditis moribus ad virtutis ſtudia tranſcẽdentibus in ſatiſfactionẽ cedãt prius admiſſę nequitię. Virginis autem longe alia eſt cauſa cui ſemper ad anguſtius virtutis culmen promerendũ obſequebanť, patrocinabãtur & proficiebãt, tm̃ abeſt vt nocerẽt remorariq; illã vel ad momẽtũ poſſent. Nobis itaq; vineis infelicioribus & omni calamitati omniq; iniurię expoſitis in opportunitatibus, in tribulatione ab illis miſericorditer proſpiciẽs ſibi nõ ſimiliter proſpexit, vineãq; ſuã in tuto ſitã nõ cuſtodiuit, nec talium certaminũ immunẽ eſſe aut curauit aut voluit, ſeſe illas probe intelligens ad cumulatioris glorię promerendas diuitias cæliſtus accepiſſe. Quid muſitas, q̃d garrys marię maſtix non etiã nũc ſermonibus detrahes veritatis: vt eã poſſis arguere de peccato, in ventum verba ꝓfers, funeſtũ in ea reperies nihil, nullã offendes eius iniq̃tatẽ: ſed inſtat, ſed ſuſurat, ſed obmurmurat. Vt de ſuꝑnę ciuitatis (inq̃t) occluſione taceã, ſi
F forte añ exhibitã xp̃i paſſionẽ emigraſſet: ſapiẽtiã tuã oſtẽdiſti plurimã, vtinã tacuiſſes: vt vel ſic ſapiẽs putareris. Sed obſecro te, q̃d ſi añ occubuiſſet? & vt par pari referã, nugas nugis, & ſtrophis ſtrophas reponã, q̃d ſi cęlũ ruat? quaſi diuina ꝓuidẽtia attingẽs a fine vſq; ad finẽ fortiter, in temporibus ſuis nõ diſponat oĩa ſuauiter, ſed inſtas, potuit tũc emigraſſe? Potuit & añ xp̃m incarnatũ, nõ em̃ quid fieri potuerit q̃rit: ſed q̃d oportuerit. Nã & cũ pc̃tõ originali cõcipi potuit: ſed non oportuit, neq; tibi (vt ſerio loquamur) idcirco cõceſſerim ad abrahę ſinũ emigrãtẽ, contractę noxæ originalis pœnã dediſſe. Ab hoc em̃ opprobrio du

dũ expiatos ſinus ille q̃plurimos tenuit, illius
pręſtolãtes aduẽtũ in illas tenebras, in quẽ nihil
inquinatũ incurrit: vt primogenitꝰ ĩ multis fra
tribus, captiuã ducẽs captiuitatẽ vere inter mor
tuos liber. Inde procederet pãdens iter ante eos.
Sed neqꝫ ad iniuriã virgo humilis deputaſſet, ad
tãtillũ tẽporis vẽturo xp̃o deferre. Verũ lõge am
G plius pietati cohęrere arbitror hic (vt fingis) exeũ
tẽ in paradiſum voluptatis a principio naturæ
humanę integritati & primęuę innocẽtię dedica-
tũ, demigraturã fuiſſe virginẽ, omniformi natu-
ralis & ꝑſonalis integritatis decore florentẽ, atqꝫ
in delicioſiſſima cõtẽplationis ſuauitate obuerſa
turã quo loco emiſſos vinctos de lacu in quo nõ
erat aqua vſqꝫ ad ſaluatoris in cęlos cõſcẽſum di
uerſatos ferũt. Huic autẽ ſycophãtię, cęteriſqꝫ hu
ius farinę nõ ex factis ſed ex fieri poſſibilibꝰ pro-
caciter obtruſis, virgo cãdida ac venerãdę matu-
ritatis decor & exemplar pleniſſimũ nõ reſpõdet
ineptię aſſignari, ſi tã eximiũ nũciũ, ociũ tã ſolidũ,
ac negociũ certe ſublimitate qualibet hũana ſubli
mius proiectiſſimarũ nugarũ vẽtis obtelauerit,
implicuerit, interturbaritqꝫ. Qꝫ ſi quẽ male ha-
beat in his duobꝰ capitibꝰ noſtra hęc diſputatio
ceu liberior & aculeatior fortaſſe, q̃ ex officio tra-
ctatoris ſcripturarũ, penſitet quęſo q̃ ſit aduerſę
factionis temeritas, poſt piũ & inſignẽ deuotorũ
ritũ: poſt laudatiſſimũ ſacroſanctę eccleſię ſenatuſ
cõſultũ, inuiolabilẽqꝫ ſacri cõcilij ſanctionẽ, ac pa
pę inconcuſſam authoritatẽ, nepharię rebellionis
cornua in Marię ſinceritatẽ obuertere, & limo cõ
munis originis ĩmergere fontẽ puritatis. Facilẽ
itaqꝫ mihi veniã ſpõdeo, niſi vel excors vel ad zelũ



obliquus fuerit, cũ pręſertim a dramatis lineis vi
deat nos lõgius nõ receſſiſſe. Iã vero vt ad id, vn
de digreſſi ſumus, pedẽ referamus, textꝰ quaſi hi
ſtoricũ drama ponet̃. Prouidentem bona nõ ſolũ
corã deo: ſed & corã hoĩbus puellã mirifica hũili- H
tate ſanctę fiducię inſignẽ ſuſtinet mirabũdus an
gelus, & pluſq̃ philoſophicę prudẽtiæ rationẽ in-
tuitus, poſt longã taciturnę deliberationẽ matu-
re reſpõſo dato dimitti peroptat. Virgo aũt (cui
oĩa cooperãtur in bonũ, quaſi ſibi reddita ex intẽ
tatis calũnijs, & ꝓtinus ad deũ cõuerſa, ꝑ tãtum
moderamẽ ſermonẽ inſtituit: vt priora amabili
admirabiliqꝫ ac ſibi ꝓprius genuina & peculiari
hũilitate cõdiẽs: cætera quoqꝫ ſubtili deuotione
cautaqꝫ ꝑſtringẽs, deũ nõ offenderet: ſed ãgelo ſa-
tiſfactũ & ſibi nauiter cõſultũ iret, cũ tãdẽ de tãti
myſterij in ſe ꝯficiẽdi modo ſciſcitata, neqꝫ temere
aſſenſit, neqꝫ denegauit obſequiũ. Ait enim. Indica I
mihi quẽ diligit aĩa mea, vbi paſcas, vbi cubes in
meridie, ne vagari ĩcipiã poſt greges ſodaliũ tuo
rũ. Ac tãdẽ ad angelũ quõ fiet iſtud, q̃m virũ non
cognoſco. Eñuero qd hic primũ mirer, haud ſa-
tis cõptũ habeo, an illiꝰ corã angelo ſimplex ſcĩm
& ꝟginale taciturniũ, an dei potiꝰ corã ea toties
ſupplicãte. Prouide em̃ inſtãtiã diſſimulãs ange- K
licã, deo orat ĩ ſpũ vehemẽti iã tertio, cui ſemꝑ rñ
det angelus dñi nõ dñs angeli. Et miramur, & fa
ſtidimꝰ, nec ad momẽtũ in oratiõibꝰ nr̃is ꝑſiſti-
mus, ſi nõ ex nutu & animi ſentẽtia ſtatĩ exaudi
mur. Ecce maternã patiẽtiã quẽ ĩ modũ ꝓlatio
ne excercet, exigit, augetqꝫ diuina pietas. Aſſiſtit
etiam angelis, pulſat, interrogat, ſed illa neqꝫ ſic a
dei attẽtione dimouetur, nec ab oratiõe reuocat̃.

Nos vero(proh dedecus)ſupini vagiq́ꝫ, ſi oratio
nis interrũpendę deſit occaſio , illam ementimur
nouaſq́ꝫ & longinquiſſimas cõfingimus.Mariam
ab inſtituto non auertit angelus, nos a choro re
uocat infantulus: & cõfidimus tepidi,leues & de
ſides exaudiri : ſed hæc alibi congruentius nunc
ipſa textus explicandi ratio nos ad ſe reuocat.

## Cap.XI.

¶Beata virgo ſciſcitatur de virgine illa,cui tan=
tam dignationem impendit dominus,vt dei geni
trix futura eſſet,nõ negans ſed repromittens ſu=
um obſequium,de quo myſterio per angelũ ple=
nius edocetur.

### Vox Mariæ.

INdica mihi quẽ diligit anima
mea vbi paſcas,vbi cubes ĩ me=
ridie: ne vagari incipiam poſt
greges ſodalium tuorũ. ¶Vox angeli.
Si ignoras te o pulchra inter mulieres
egredere & abi poſt veſtigia gregũ tuo
rum & paſce hœdos tuos iuxta taber=
nacula paſtorum.

A ¶Indica mihi quẽ diligit anima mea,a parte to=
tum ſignificauit,nõ carnali quidem, ſed ſpiritua
li,vt amorem hũc,& ſpiritualem eſſe,& ſpiritua=
liter agi agitariq́ꝫ intelligamus: Indica mihi quẽ
diligit anima mea,vbi paſcas,vbi cubes in meri=
die.Mira rerum mutatio prius dixerat,ſed vt li
quet in mentis exceſſu.Oſculetur me oſculo oris



ſui.Nunc autem tale nihil,ſed humile totum,in
dica mihi vbi paſcas, vbi cubes in meridie. Sua=
uia oſcula,ſed magis neceſſaria paſcua, pmagni=
ficũ ſublimiter oſculari, ſed tutius humiliter pa
ſci.Oſculũ iſtud mgnę dignitatis, & magnorum
eſt meritorũ,paſcua vero humilitatis,ſed ingen=
tiũ pręmiorũ.Seipſam igitur attẽdẽs, & quiſnã
eſſet ipſe conſiderans, nõ ꝓtinus oſculari deſide=
rat,ſed vbi paſcat agnoſcere:illud enim ſublimio=
ribus meritis repoſitũ,modis oĩbus venerandũ:
hoc vero neceſſariũ ſibi,&(vt ſic dixerim) viſcero
ſius appetendũ,ne poſt eũ tracta dũ currere cœ=
perit,in greges ſodaliũ ei⁹ incurrat, ĩ quos haud
dubie incurrere vagari eſt,& a vero natiuoq́ꝫ vn
guẽtorũ Chriſti odore exorbitare, abalienariq́ꝫ.
Venientes eñ in noĩe ſaluatoris pſeudochriſti ac B
pſeudoprophetę, in veſtimẽtis ouiũ formã pieta
tis habẽtes,virtutẽ aũt ei⁹ abnegãtes, intus lupi
rapaces,dũ dicũt,ali⁹,ecce hic eſt,& ali⁹ nõ,ſed ec=
ce hic eſt,nõ colligunt,ſed hęretici & diuiſi impij
diſpergũt,ideo illos qui ſequitur vagaẽ erroneus
a fragrantiſſimoq́ꝫ vnguẽtorũ Chriſti odore alie
nus.Adhęc bonũ malũ & malũ bonũ,lucem tene=
bras ponẽtes ac tenebras lucẽ, ꝑtextu iuſtitiæ &
zeli ſępius attrocitatẽ iracũdiãq́ꝫ exerunt,aut con
tra negligentiã & ſegnitiei torporẽ,mãſuetudinẽ,
& indulgentiã fingunt.Prodigalitatem,auaritiã,
pertinaciã,hypocriſim,deſidiam:inquietudinem,
pręcipitationẽ vocis, effręnatã petulantiam, pal=
liant appellatione liberalitatis,frugalitatis, cõſtã
tię,modeſtiæ,quietis,ſollicitudinis, diligentiæ, &
feruoris,& veridicę libertatis: vt qui ſequi cone=
ris,errare cogaris.Iure igiẽ neceſſariũ, inſtantiſſi

meqꝫ flagitandũ, vbi paſcat, vbi cubet lux mundi
Chriſtus in meridie, vt ab angelo tenebrarũ in-
curſuqꝫ, & dęmonio meridiano angelũ lucis men
C tiente diſcrimen facile innoteſcat. Felix nimis oĩqꝫ
officij genere accipienda quę cũ Abrahã in feruo-
re diei, & plenitudine tẽporis, miſericordię recor-
datum, & in medio annorũ ad operis ſui viuifica
tionem prodeuntẽ pariat, & ex ſe natũ paſcat in-
fantulũ, natũ ſub lege, vt eos qui ſub lege ſunt re-
dimat. Neqꝫ enim ſapientiæ ſole amictę, a tenebra
rũ angelo & dęmonij meridiani occuſu formidã-
dũ, quæ lunã pedibus ſubſternẽs, ſuper aſpidẽ &
baſiliſcũ ambulare promptũ habeat, tutũqꝫ & ſe-
curum, veteris drachonis caput obterere, proin-
de ſecũ nimiſq̃ benigne actũ putat, vbi docuerit
ſponſus quo paſcat loci, & cubet in meridie, vt ſal
tem eius eſſe eiqꝫ famulari queat, ac ꝑpetuã hu-
militatis obſeruantiã & obſequij ancillaris penſũ
exoluere. O me beatitudine quauis beatiorẽ inqt
ſi quãdo ſubhęrere & ſubſeq̨ liceat, ac digneť verꝰ
Ioſeph ipſe ſaluator ſaluſqꝫ certiſſima mũdi, cum
fratribus ſecũ in meridie comeſturis, paſcere, ine-
briare, atqꝫ vbertate domꝰ ſuę, & voluptatis tor
D rente potare. Indica igiť mihi quẽ diligit anima
mea vbi paſcas, vbi cubes in meridie. Neqꝫ enim
oſculari audeo, ſed famulari: neqꝫ meridianũ cru
cis accubitũ refugio, dũ me priꝰ ad illã corrobo-
res ꝑ ſanctę cõuerſationis eruditioniſqꝫ paſtum.
Virga eñ tua & baculus tuus, poſt locũ paſcuę,
& aquã refectionis, ipſa me conſolanť, cõſolidantia
E qꝫ inſtituent, & inſtruent currere in odorem vn
guentorũ tuorũ ſenſu omni abſterſo laboris &
moleſtię, qđ mihi ſummo in voto eſt, ne vagari



incipiã poſt greges ſodaliũ tuorũ. Ancillã ꝓfiteor
matrẽ nõ aſſero, ne facilitate ꝯdeſcẽſionis, ꝓſũpturo
ſa virtutẽ euacuãs hũilitatis, vagari incipiã poſt
greges ſodaliũ tuorũ, dũ e tuis muneribus plus
auſim ſperare, q̃ humanitꝰ & votũ integritatis,
& meę capiat modulus humilitatis. Nã quõ fiet F
iſtud (ait angelo in expectatione ſuſpenſo) qm̃ vi-
rũ nõ cognoſco. Virginẽ pariturã in Eſaia legerat
idcirco non derogat poſſe iſtud fieri, ſed de modo
myſterij nõ cõſtabat, de quo ob dedicatę virgini-
tatis rationẽ ſciſcitatur, non renuẽs officium, ſed
annuẽs affectũ, & ſpondẽs obſequiũ. Cõmodũ an-
gelus prę fidei & caſtitatis ſtudio mitigatã intel-
ligens, verecũdiam, in virginalis modeſtię ſtupo-
rẽ vertit, q̃ ex ardua ꝓmiſſione, nec vt ſara vane
extollit, nec vt Zacharias fide infirmatur, ſed ſapi
enti vſa cõſilio, de modo q̃rit, ne diuina videať te-
mere ꝓſumpſiſſe. Quippe diuini muneris eſt nõ
humani virginem parere, qđ ante audiri debuit,
non ꝓſumi. Exinde ſingula enucleatius explicãdo
inſtituit eã angelus, & cõfirmauit. Dixerat autẽ
deo loquens virgo pia: Indica mihi quẽ diligit aĩa
mea vbi paſcas, vbi cubes ĩ meridie, ne vagari in
cipiam poſt greges ſodalium tuorum, ac tãdem G
ad angelum conuerſa, quomodo fiet iſtud, quo-
niam virũ nõ cognoſco, cui nũc angelus. Si igno-
ras te, o pulchra inter mulieres, ad hoc electã, ad
hoc idoneã, audi q̃ſo, & ſolerter attende, a quo ex-
pectes in tantã gloriã ſublimari. Spirituſſanctus
ſuꝑueniet in te, & virtus altiſſimi obũbrabit tibi
Ideoqꝫ & quod ex te naſcetur ſanctũ, vocabitur fi
lius dei, ac vt argumẽto certiore, & expiẽtia ãpli
ori qđ pollicemur agnoſcas, egredere, & abi poſt

veſtigia gregũ,& paſce hœdos tuos iuxta taberna
cula paſtorum. Ecce eñ Elizabeth cognata tua,&
ipſa cõcepit filiũ in ſenectute ſua, & hic mẽſis eſt
ſextus illi,quæ vocatur ſterilis, q̃a nõ erit impoſ
ſibile apud deũ omne verbum. Hoc loci hanc ego
dramatis ſeriem inſerui,primum lectori conſu-
lens,deinde vt palam fiat in pręcellenti hoc incar-
nationis ſacramento,aliqua euangeliſtã,aliqua ꝓ
phetã dicere,neutrũ oĩa,vtrũq; tamen ſuo fun
ctũ officio,dum hic quę ſoli deo,clauſo gerebãtur
in pectore,reſerauit:ille autem,dum illa ſtudio-
ſius enarrauit, quæ tunc & audiri & videri po-
H tuerunt:ſed ad rem. Ait itaq; angelus. Si te igno-
ras, o pulchra inter mulieres:minime ignorare
te certe debes a deo tãtis pręuentã documẽtis,gra
tiarumq; & priuilegiorũ cumulo auctam, vt ita
te mulierũ longe lateq; pulcherrimã, iure dñicę
incarnatiõis miniſtram, apprimeq; idoneam dei
matrem efficeret. Et nunc vt patriarcharũ repro
miſſa,prophetarum pręnũciata,regũ & principũ
deſiderata,ac tantis demũ pręrogatiuis in te gra
tijsq; pręſignata impleat, ſpiritusſanctus ſuper-
ueniet in te. Nam ſuper id qđ nũc eſt veniet,& ad
ſummũ actũ,in ſummo,ac nunq̃ receſſurus ve-
niet, pręter ſolitũ,ſupra meritum, vt qui prius
mentem,nunc quoq; cõſecret & ventrem: vt quæ
in pleriſq; ſpiritualiter diuinitatꝫ plenitudo,in te
quoq; habitet corporaliter,cum virtus altiſſimi
ſplendor paternę glorię,ignis conſumens, lux lu-
cis & fons luminis obumbrabit tibi, vt cõtra ar
dorem & ſplẽdorem mirabiliter obumbrata, poſ
ſis ſecura habitare cũ igne deuorante,& cum ar-
doribꝰ ſempiternis,ipſe vtiq; ſpiritu ſancto ope-



rante,ac de carne tua vmbraculũ faciente. Ideoq;
& quod naſcetur ex te ſanctum,filius certe tuus
idem vocabitur filius dei. Quãq̃ enim aliud ex illo, I
aliud ex te ſit,vnius tamen vtriuſq; filius. Nam
& quod ex illo gignitur,filius tuus:& qđ ex te na
ſcetur ſanctũ vocabiť & erit filius dei. Ardua hæc
& ſtupenda,ſed te ignorare non debes huc electã,
huc pulchram inter mulieres effectam,huc in in
timę contemplationis diuinitatis arcanũ addu-
ctam. Alioqui egredere de ſuperintellectualis con
templationis abditis penetralibus, ſi ibi ratioci-
nio, & diſcurſu intellectuali humanæ infirmita-
tis,poſt veſtigia gregũ tuorũ,non aliorum,q̃uis
etiam ſublimium & eximiorũ,ſed tuorũ,vt cum
egregia intellexeris,non qualia Iacob fratri Eſau
legauit gregum munera,ſed q̃ a deo donata ſunt
tibi(qualia Rachel cõtemplationis typum olim
pręferens paſcebat, nam gregem teſte ſcriptura
ipſa paſcebat)cum inquã intellexeris egregia,quæ
a deo collata tibi ſunt,ſublimioribus ſanctę ope-
rationis veſtigijs(ipſo auxiliante qui dedit) deſi-
derio & prouidentiæ ęterni reſpondiſſe paſtoris,
teq; authoris ipſius conſilium & expectationem
pij ſtudij fructuoſis operibus non defraudaſſe,
hactenuſq; multiformẽ eius gratiã in te vacuã
non fuiſſe,ſimul intelligas(ſi quidẽ ſemper illius
gratia in te permaneat) quæ pollicitus eſt poſſe
cuꝫ placuerit pariter impleri. Vel aliter,abi poſt K
veſtigia gregum tuorum:lege prophetarum mo
numẽta, qui.j.Regũ.x.greges dicuntur,nã & tui
legitime dicuntur,qui de te,non de alia vaticina-
ti ſunt. Alię eñ & ſi re virgines, non tamen pro-
poſito,quæ nubere intendebant,tu autem pientiſ

ſim propoſito, virum nunq̄ cognoſcendū ſine cō ſilio, preter p̄ceptū, ac ſupra exēplū veniſti. paſce etiā hœdos tuos iuxta tabernacula paſtorū (ad ſenſibilem em̄ notitiā ceu congruum obiectū hœ
L dos retulit, ſicut ante ad intellectualē gregū veſti gia) videbis itaq̧, ſenſuq̧ indubitato agnoſces, Saram, Rebeccam, Rachelē, Annā aliaſq̧ plures fœcunditate deplorata, atq̧ ætate defecta, ſed diuino munere non effœta, enixas, neq̧ naturā ætatēve præiudicare gratię, ſed ſubſequi, & ancillari. vt.n. de præſentiū vſu exemplū afferā. Ecce Elizabeth cognata tua & ipſa concepit filiū in ſenectute ſua & hic menſis eſt ſext⁹ illi quæ vocatur ſterilis, q̄a nō erit impoſſibile apud deū omne verbum.

## Cap. XII.

¶ Continuata ſequētium cū prioribus ſerie, dn̄i equitatū duplicē explicat, & duplicē Pharaonem, ex vtroq̧ ſimilitudinem texens propoſitam.

### Vox Spiritusſancti.

Eqtatui meo in currib⁹ Pharaonis aſſimilaui te amica mea.

¶ Stabiliſſimū iactū noſtrę reparationis fundamētū docet Salomon, a virgine regiorū
A natalium ſtirpis dauidicę, & quidē magna puritate, maiori deuotione, maxima humilitate, dixitq̧ quāto ſtudio, quāta cura, quāta diligētia & vigilantia, Gabriel cæleſtis paranymphus, arcanorū cęleſtiū cōſcius, ſalutādo, cōſolando, exhortādo inſtruēdo, ſupędificauerit. Sed ſcalę Iacob, & turris eburneę Dauid editiſſimū verticē, & celſitudinem inacceſſam ſuſpicienti, mihi ſtupet animus, reuerberat⁹ oculus retūdit, ſēſus hebes fatiſcit, nec intellectus ſuſtinet, cōfortata eſt & nō porro ad eam. Et quis putas ſumptus habet, q̄ neceſſarij ſunt ad p̄ficiendū? modū egredit virtutis angelicę, nedū paup̄tatis humanę ęthera ſuperans ac cęlū penetrās, dū ad p̄fectū vſq̧ vehitur oīpotentē. Eā ob rē q̄ fiat iſtud rogat⁹ angelus, neq̧ facere, neq̧ faciēdi rationē enarrare, functionis meæ eſt (ait) ſed ſp̄ūſſanct⁹ ſupueniet ī te, quo ſcies erudītore, quo operāte ſenties, & feliciſſime q̄dē ſēties neq̧ em̄ īpoſſibile eſt apud deū oē verbū. Ego ℞o te iubeo ſalutatā, cōſolatā debeo, cōfortatā curo, poſſibiliaq̧ eſſe q̄ miſſus a deo nūciaui rationabiliter ſenſibiliterq̧ p̄ſuaſam. illi⁹ iā eſt, te in iis, & ea in te ꝯfirmare, ac p̄ficere. Itaq̧ p̄ nos q̄ten⁹ licuit) de ſingulis īſtructa, iā ad cor ꝯuertere & audi q̄d loquat in te dn̄s de⁹, q̄m loquet pacē ī plebē ſuā. Toties.n. deū p̄cata, nedū reſpondētē īp̄mmet ℞go audierat, cū deſiderij īenarrabilis vi ęſtuātē, ita cōpellat altiſſim⁹. Eqtatui meo ī currib⁹ Pharaonis aſſimilaui te amica mea. Pulchrę ſunt ge B nę tuę ſicut turturis &c. Ordo ſcitiſſim⁹ anſa oī ſycophāticę obiectiōis exēpta, p̄ſelectiſſimā ꝯmēdationē acceptat, vt ſpe erectā, in cęleſtis īperij primitias triūphalr efferat, dilatatoq̧ fidei ſinu ad plenū ꝯfirmatā, ſummoq̧ capacē faciat. Eqtatui meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te amica mea. Blandiſſima virginis commēdatio amica mea. Potuit ſane vniuerſas latratorum næ nias hoc elogio propuliſſe: non enim (cum longe ſecus fas fuerit) amicam deliget ab origine gibboſam, claudam, deformatam, mortiferoq̧ vitio inquinatam? Sed ſi cuiq̄ liceat ſuam (vt per

carnalia coarguãtur carnales)qualẽ libeat effice=
re,an ſibi talẽ quãpiã factitandã putes? Et patrẽ
cęleſtem quã ſibi cõſortẽ,filiũ quã ſibi matrẽ,ſpiri
tũ ſanctum quã ſibi amicam inſtituit, origineo
nęuo ante orbẽ conditũ notatam voluiſſe credã,
C & elegiſſe. Crede igitur vel ſpiritui ſancto cõteſtã
ti totã eſſe pulchram cui dixerit amica mea. Sed
vlterius audiamus. Amica mea,ĩquit,equitatui
meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te. Quid
obſecro iſtud verbi eſt? Quis hic dei equitat⁹,q̃s
Pharao & quinã ſunt currus Pharaonis? Regẽ
ægypti Pharaonẽ infeſta acie perſequentẽ fugien
tes hebręos cũ curribus & equitibus in erythreo
mari proſtratũ cõſtat excelſa manu dñi pro po=
pulo ſuo pugnãte. Equitatum igitur dñi cui in=
ſidens pugnabat,rite iſraelitidẽ aciem dixerim. Si
vero Pharaonẽ diabolũ, & currus ei⁹ multifor=
miũ vitiorũ colluuiem putes,quę feruidis ſolu=
tiſſimarũ paſſionũ rotis,ex originalis axe delicti,
nullo legis & verecũdię cohibente freno,per phas
nephaſq; graſſetur, haud protinus ſubſcribam.
Sic enĩ (vt perſpicuum euadat intẽtũ noſtrum)
Exod.xiiij.legitur ſcriptũ. Cum perſequerentur
ægyptij veſtigia p̃cedentium repererũt eos in ca
ſtris ſuper mare. Et paulopoſt. Cum appropin=
quaſſet Pharao leuãtes oculos filij Iſrael viderũt
ægyptios poſt ſe,& timuerũt valde, & poſt pau=
xillũ rurſus. Tollẽſq; ſe angelus dñi qui p̃cedebat
caſtra Iſrael,abijt poſt eos, & cũ eo pariter colu=
mna nubis,priora dimittẽs poſt tergũ ſtetit in=
ter caſtra ægyptiorum & caſtra Iſrael,& erat nu
bes tenebroſa & illuminãs noctem,ita vt ad ſe in
uicem toto noctis tempore accedere non valerẽt.



Cũq; extẽdiſſet Moyſes manũ ſuper mare, abſtu
lit illud dñs flante vento vehemẽti & vrente tota
nocte,& vertit in ſiccũ,diuiſaq; eſt aqua,& ingreſ
ſi ſunt filij Iſrael per mediũ ſicci maris. Erat enĩ
aqua quaſi murus a dextera eorũ & lęua. Perſe=
quẽteſq; ægyptij ingreſſi ſunt poſt eos, & omnis
equitatus Pharaonis currus ei⁹ & equites p̃ me
diũ maris,iamq; aduenerat vigilia matutina, &
ecce reſpiciẽs dñs ſuper caſtra ægyptiorũ per co=
lunã ignis & nubis interfecit exercitũ eorum, &
ſubuertit rotas curruũ: ferebãturq; in ꝓfundũ.
Dixerũt ergo ęgyptij,fugiamus iſraelem,dñs enĩ
pugnat pro eis ꝯtra nos. Et ait dñs ad Moyſem.
Extẽde manũ tuã ſuper mare,& reuertẽt̃ aquæ
ad ægyptios ſup̃ currus & equites eoꝝ. Cũq; ex=
tendiſſet Moyſes manũ cõtra mare,reuerſum eſt
primo diluculo ad priorem locum,fugientibuſq;
ægyptijs occurrerũt aquę, inuoluitq; eos dñs in
medijs fluctibus,reuerſęq; ſunt aquę,& operue=
rũt currus & equites cũcti exercit⁹ Pharaonis,
qui ſequẽtes ingreſſi fuerãt mare, nec vnus qui=
dẽ ſuperfuit ex eis. Hacten⁹ ab exodo fuſiſſime re
tulimus,nimirũ quibus ingẽs vtriuſq; equitat⁹
diſtãtia,immo & curruũ colligit̃,totiuſq; ꝓpoſi=
ti hui⁹ robur ac fundamentũ. Neq; enĩ trãſfreta
turos Iſraelitas Pharao tenuit nubis interdicto,
neq; eos aſſequuta eſt trãſeũtes, ægyptiorũ acies,
recurrẽte mari. Cęterũ ſpũales iſraelitas,chriſtia D
nos dico,Pharao nullo interuallo ſeiunctus,aſſi
dua captiuitate ad ip̃m vſq; baptiſmũ implicitos
detinuit. Hæc igit̃ p̃ma eſt ꝓpoſitę ſimilitudinis
ratio: Equitatui meo in currib⁹ Pharaonis aſſi=
milaui te amica mea: quam ne violaret,aut quoſ

uis pacto ꝑ originalis fomitis tyrãnidẽ infeſtaret
nequitię pater Pharao tenebroſus, ꝓuenit diuina
gr̃a, cui⁹ ĩterpoſito aheneo muro cões excluſit ꝑ=
mętuę corruptiõis cauſas ſingulari ꝓuilegio, quẽ
in modũ ab iſraelitis nubis interuẽtu ægyptios
ſecluſit. Nã ſicut nubis ꝓpugnatricis interuallo
prius quaſi plũbũ ſubmerſi ſunt in aquis vehe=
mẽtib⁹, q̃ Iſraelitas attigiſſent: ita ꝓuidẽtię beni=
gnitate, cauſę illę nr̃orũ reatuũ ĩ virginis ꝯceptu
fruſtratę perierunt, & vehemẽtiſſimis ꝓuẽtricis
gr̃ę aquis penit⁹ abſorptę. Neq; fuit ĩ ſpũali Iſrae
lita, virgĩalis huiuſce ęquiparatiõis gl'ia regrẽda
vt em̃ equitat⁹ dei fiat, ĩ baptiſmo frequẽti⁹ cõſe=
quit᷑ & nõ añ. In reliq̃s xp̃o, de vtroq; & antiq̃ iſrae
lita & recẽtiore ęquabilior ſilitudo elicit᷑, q̃ ĩ nego
cio cura ꝑſens v̾ſat᷑. Neq; em̃ mirũ. Si q̃dẽ q̃d illis
in figura in ijs re ipſa ĩpletũ credim⁹. Equitatui
igit᷑ meo aſſimilaui te. Quo id pacto? Cũ ꝑtim a
E carnalib⁹ & viſibilib⁹, ꝑtim a ſpũalib⁹ atq; inui=
ſibilib⁹ hoſtibus ꝓmerent᷑: & illis mare ne euade=
rẽt, ijs infirmitatis abyſſus ne reſurgerẽt obſiſte
ret, vtroſq; deſperatos illos nõ ſuis viribus, neq;
ſuis alios meritis & virtutib⁹, ſ; vtroſq; ſola gr̃a
& benignitate: illoꝝ ſubmerſis hoſtib⁹, hoꝝ abſter
ſis ſordib⁹, ſaluos oẽs & liberos, nõ ſtatim ĩ terrã
ꝓmiſſiõis illos ĩduxit: neq; iſtos ad cęlũ ꝓtin⁹ ex=
tulit. Quid igit᷑? Luti & lateris pœnis inutilib⁹ e
medio benignitate q̃ maxima ſublatis, ꝑ tẽptatio
nes multipliceſq; deſerti (quæ vita ꝑſens eſt) cala=
mitates ꝓbauit, quaſi aurũ in fornace, & ꝑ inſul
tabũdos hoſtes exercitauit, ꝓceptiſq; & iudicijs ĩ=
ſtruxit, cęrimonijs & ſacramẽtis ſãctificauit, mã=
na pauit, & triũphis multiplicib⁹ cõſummauit,



& tãdẽ deſertũ & mortis luctuoſã imaginẽ egreſ=
ſos, placida repromiſſę hereditat; & pace ĩęſtima=
bili repoſuit. Hũc ĩ modũ beatiſſimã v̾ginẽ quãli
bet purã & ꝓmęui ꝯtagij ĩmuniſſimã, pœnis vtĩ
lib⁹ ĩmiſcuit, & vitę p̃ntis ĩcõmodis exercuit, ꝓcę=
ptis, ꝯſilijs, cęrimonijs, ac ſacramẽtis, erudijt, pa
ne cęleſti ciboq; angelico pauit, educauitq; abũdã
tiori diuinę cõtẽplatiõis edulio, ac tũ collatis pu=
gnę multiplicis mirificis victorijs, & gl'ioſis cal=
catarũ mortalitat; ſordiũ triũphis ſpectabilẽ, cęli
arce donauit: vt hęc dici expta debeat, & ꝑ oĩa ꝓ=
bata ex ſilitudine & abſq; pc̃tõ, q̃a equitatui meo
in currib⁹ Pharaonis aſſimilaui te amica mea,
verbũ dictu q̃dẽ breue, ſed ſenſu ĩmẽſum, & quod
oẽs aduerſarioꝝ calũnias valeat (ſi ꝓ dignitate at
tẽderis) facile obtũdere. Quicq̃d em̃ põt ꝯtra purĩ
tatẽ hui⁹ ꝯceptiõis obijci, ſat; hoc ꝯpẽdiario ſpũs
ſc̃ti eulogio diluit᷑, cũ eq̃tatui ei⁹ aſſimilari ꝓbat᷑
aut amica vocat᷑. Verũ ne nimij ſiamus: particu
larẽ ſingulorũ deductionẽ ſtudioſis relinquim⁹,
ſatis exiſtimãtes occaſionẽ dediſſe, cũ de his ſupræ
quicq̃ adduxiſſe meminerim.

## Cap. XIII.

De v̾ginis obœdiẽtia & ĩcarnatiõis myſterio,
cui, q̃m trinitatis opus eſt, addunt᷑ nõnullæ con=
gruẽtiæ cũ trinitate ad repatiõnẽ generis hũani.

### Vox ſpiritus ſancti.

PVlchrę ſunt genę tuę ſicut tur
turis: collum tuum ſicut moni
lia. Murenulas aureas faciem⁹
tibi vermiculatas argento.

A ℭ Virginẽ a prima origine illibatã,hoc eſt virgã
de radice ieſſe ab ortu rectã,nulla eſſe pluuiaruꝫ
vẽtorũ tẽpeſtatũ ve lęſam iniuria,ſatis eſt ſupio=
re ſermone vẽtilatũ:nõdũ tñ dignã eẽ,in quã ſpũs
ſanctus ſupueniat,declaratũ eſt. Nobis originali
labe fuſcatis , duo ſubtrahũt iugẽ paracliti ſpũs
ducatũ:curuitas ſcꝫ ſiue flexuoſa obliquitas intẽ
tiõis,& exequẽdi difficultas. Caro nẽpe in deteriꝰ
ab adoleſcẽtia procliuis,in altero aĩam aggrauat,
& ad ima deprimit multa cogitantẽ:In altero q̃q;
legi dei forſan ꝯſentiẽti, & perĩde recte ammonẽti
morigerari recuſat:vt cui iã velle adiaceat,ip̃a re
luctãte ꝑficere bonũ non inueniat. Porro vtrũq;
ab incõtaminatiſſima virgine hoc ſuffragio exclu
dit:vt eiꝰ oſtẽtata dignitate, mox innoteſcat florẽ
poſſe de radice eiꝰ aſcẽdere,ſup quẽ ſpũs ip̃e ſepti=
B formis debeat tãdẽ requieſcere.Igit pulchrę ſũt(ait)
genę tuę ſicut turturis, collũ tuũ ſicut monilia.
Eã dudũ audiuimꝰ,plęraq; verecũdia modeſtiſſĩa
& laudatiſſĩa excuſantẽ : vt pulchritudinẽ hãc ac
bonã grãm ſuſpicari q̃as,illi ꝑ verecũdia acceſſiſſe
qd nõ inficias ierim: verũ neſcio quid admirabi=
lius diuinuſq; a ſpũ ſancto in cauſa ſpũalis amo
ris ſignatũ ſymbolica ſacramẽta deſpirant. Facies
eñ cuiꝰ argumẽto diuinis oculis formoſi defor
meſve ſumus,intẽtio eſt,cuiꝰ veluti genę partes
duę ſunt,altera qd intendas,altera ꝑpter qd. Cla=
riſſima nãq; eniteſcet pulchritudo,ſi in debitũ fi=
nẽ actus illi cõformis aſpiret. Iã vero in qua q̃ſo
duo hęc expreſſius q̃ in ꝟgine deipara refulſerũt?
Quippe ſi qd attendat q̃ſieris: audies:oſculet me
oſculo oris ſui,& eiꝰ intẽtionẽ accipies,verbi diui
ni mirabilẽ ĩcarnationẽ. Quicq̃ ne vero pulchriꝰ



inueneris ſpecioſo forma prę filijs hoĩm:nihilo ſe
cius genarũ alterã ſi intueare,priorẽ ſplẽdorẽ mi
rabere tã diuinis auctũ illuſtratũq; incremẽtis:
vt ĩ poſterũ nullus ĩ hãc faciẽ prę nimia & viua=
ciſſima pulchritudine poſſit intẽdere:vtpote q̃ ſo
le amicta lunã calcat pedibꝰ. Q̃q̃ eñ percũtis mũ
di renouationẽ,cęleſtiũq; ruinarũ inſtaurationẽ C
& ſupplemẽtũ, ad hęc generis noſtri redẽptionẽ,
deo incarnato vehemẽter ſitierit:non tñ hic pedẽ
fixit:vt ob hęc tñ ſacri illiꝰ oris depoſceret oſcu=
lũ,& deũ ſuſpiraret hoĩem fieri:procul hæc inſa=
nia & ordinis execrãda ꝑuerſitas. Quid igit? Hæc
oĩa ꝑ incarnationẽ voluit:ſed non ꝑpter ſeipſam
tñ,ſicut nec ipſam:magis aũt vt eſſet deꝰ oĩa ĩ oĩ
bus,q vniuerſa(ait Salomõ)ꝑpter ſemetip̃m ope
ratus eſt,deniq; cũ immẽſos diuinę incarnatiõis
fructꝰ verecũdię ꝯſulẽs modeſta recoleret:& tan=
dẽ dixiſſet:trahe me poſt te, quaſi oĩa ꝓſtituto fi=
ne ꝯcludẽs adiecit,curremꝰ:qđ in hebręo dũtaxat
extare dicit,acſi patẽtius ĩnuat,tu via, tu forma
currẽtiũ,trahe me poſt te:curremꝰ,quo? & ſi nõ
tecum,ad te tñ,q oĩm,nõ currentiũ tñ,finis es &
ꝓmiũ. Et apte quidẽ ſatis meo iudicio ꝑ genas in
tẽtionẽ ſignat. Sicut eñ in cõterẽdo dẽtibꝰ cibo,ne D
ab ore effluat genę circũ dentes collectũ ꝓhibẽt,ſic
ĩtẽtio circa neceſſaria deſtinataq; recollectos nos
cõtinẽs, cauet ne petito fine ꝑ diuerſa fluctuãtes
defraudemur. Itaq; cernere eſt quales ꝟginis ge=
nas ſpũs ſanctꝰ magnificet. Porro quãobrẽ tur=
turis collationẽ adduxerit, aduertes,ſi caſtiſſimi
cęlibatus volucrẽ gemitũ ſectãtẽ pro cantu ſolitu
dinis intelligis. Virginẽ eñ ſolitariã dep̃hẽdit an=
gelus,ac clauſo ſup ſe thalami oſtio gemebundã,

quā vt voti cōpotem futurā ſalutauit, ſenſit pro
tinus nō min⁹ ꝑ ꝟginitate retinēda ſollicitā & in
caſtiſſime turturꝭ vicē vni deuoueri, vnū ꝗrere,
vnū ſuſpirare, ac ſperare, & oīa in ipſo, nō quidē
E ꝑpter ſeipām: ſed ꝑpter ipm̄. Sequit̄ collū tuū ſi
cut monilia. Per collū caput corpori inhæret: vt
in eo videat̄ marianę obœdiētię officioſiſſima hūi
litas, quā dicēs ecce ancilla dn̄i &c. Dū modeſtia ī
mutabili āplexa eſt, caput ecc̄lia xp̄m corpi vnio
ne īeffabili ī ſe copulauit. Decētiſſia ꝟo ſicut mo
nilia, ī oīm ſcꝫ ornamētoꝝ gl'iam attollit̄. Incarna
tę em̄ diuinitatis pulchritudinē, quā ꝟginis īno
cētia ꝓſignabat, fragrabat virginitas, & feruētiſſi
me accēſa deuotio ſuppliciter depoſcebat, hāc hūi
litas obœdiētię oēm ei⁹ ornatū ꝯſummās adepta
eſt: vt mitis mitiſſimū, hūilis humillimū corde,
& obœdiēs prī accipet obœdiētē filiū vſq; ad mor
tē: ſed neq; ipſa ad inſipiētiā ſibi hūc in modū glo
riat̄: qa reſpexit inqt hūilitatē ancillę ſuę. i. obœdiē
tis aīę. Ecce em̄ ex hoc, nō innocētię qdē, aut deuo
tiōis merito: ſed ex hoc mitis hūiliſq; obœdiētiæ
bono, beatā me dicēt oēs generatiōes, qa fecit mihi
dn̄s magna q potēs eſt. Quis dn̄s, & q̄ magna: an
putas ea q̄ ſeſe rimāda & ſtudioſius diſcutienda
ingerūt: Murenulas aureas faciemus tibi &c. Et
hęc qdē ꝓcioſa, ſed ꝓter hęc ſunt & alia luculentio
ris ꝓcij. Ordo tn̄ exigit: vt hęc ꝓmū cōſiderādo vt
cūq; tāgamus. Cętera em̄ mirari poterim⁹, nō ex
plicare q̄ ineffabilia infinitiſq; ſtadijs ſupra oēm
eloquij facultatē poſita angelus, Salomō, euāgeli
ſteq; innuere facili⁹ duxere, q̄ effari. Murenulas
F aureas faciem⁹ tibi vermiculatas argēto, in men
tis exceſſu ꝟgo filia Iuda, & tympaniſtria iuuen



cula, ſicut ante dixim⁹ induſtria tū ꝓpria tū an
gelica, ſecūdū cōtēplatiōis cęlū ſupgreſſa, nōdū ter
tiū poterat ex animi ſentētia obtinere. Succūbēti
bus em̄ ꝗlibet pfectis hoc in opere, etiā magis di
gito dei adminiculatore opus ē. Supueniēs itaq;
illeipſe ſpūs ſanct⁹ vbi originalem innocētiā tāto
negocio cōgruā diuinitus imptitā, & ſtudioſe flo
re illibato cōſeruatā, cōmodiſſima ſilitudine pro
bauit. Nūc autē ſyncęritatē & integritatē laudat
intētiōis & tandē hūilē obœdiētis obſequijq; pro
pēſiſſime, ſuſcipit affectū, nō vt ꝓtinus ad effectū
ꝑmat: ſꝫ vt pleni⁹ erudiat, alti⁹ illuminet, oēmq;
edoceat de diuina incarnatiōe veritatē merę ſim
plicīq; creaturę diuinę gratię bn̄ficio poſſibilē. di
cat igit̄ verecūdiā laudo, modeſtiā ſuffragijs om̄i
bus approbo, excuſatiōes nō reprobo, & innocen
tiā agnoſcēs īcōparabilē, rectā, integrā atq; ītami
natā tuā ꝑdico puritatē, honorificeq; celebro. Eq
tatui em̄ meo in currib⁹ Pharaonis aſſimilaui
te amica mea. Ad hęc ſyncęrā, deuotā, caſtā, ferui G
dā, & debito ꝯſideratiōis ordine ꝑfulgidā intētio
nē tuā laudo, & exoſculor. Sunt em̄ pulchrę genę
tuę ſicut turturꝭ. Et his lōge lateq; ampli⁹, hūili
tatem obœdiētis omni ſuffragio cōprobo & am
plector. Matris enim diuinę venerata honorem,
nō negas obſequiū: ſed tanti affectū faſtigij puel
lari reuerētia cōtegis, & intra tenuitatē hūanā de
primis, dū obœdiēdi ſtudio ancillare pollicerꝭ of
ficiū: & ideo ob puritatis veritatē, manſuetudinē
& humilitatē quę implet omnē iuſtitiā, murenu
las aureas faciemus tibi vermiculatas argento.
Aurū apud hagiographos pro ſenſu ſpirituali H
ſæpius eruitur. Et pro ſermone argentū ex pſal

miſta. Eloquia dñi eloquia caſta, argentum igne
examinatum. Totas itaqꝫ murenulas ad decoris
complementũ ex auro cõfecit, dũ de tantę incarna
tionis myſterijs, ratione & artificio ſoli deo poſſi
bili, eã ſpiritualiter erudiuit, quas ad pulchritu=
dinis & gratię auctariũ, ſtigmatibus argẽteis nõ
operuit, ſed paſſim diſtinxit, & variegauit, cũ de
eis ad cęterorũ ædificationem pauca loqui perdo
cuit. Porro ſi cui viſum eſt, hęc ſpũſſancti pollici
ta, de intimo dñicę incarnationis cõmercio accipi:
haud abſurde queat aĩam Chriſti, ceu mediũ in=
trinſecũ hypoſtaticę illius vnionis cũ gratia per=
ſonali, ex mirabili trinitatis opificio editam, per
murenulas notare. Illa eñ ſic diuinitus fabrefa=
cta, ceu murenulis quibuſdam & catenulis aure
is vario argenti ſtigmate interſperſis, caduco ęter
I nus compingitur, luto deus, & caro deo. Eam
ob rẽ fortaſſe dictũ eſt, faciemus, q̃a trinitatis to=
tius concurrente opificio fuerit opus: trinitatis
enim extraria opera oĩa ſunt indiuiſa. Cæterum
pręmiſſis obluctari forte exiſtimabit, ꝙ murenu
las aureas, & has ipſas argento vermiculatas plu
ratiue dixerit, cũ anima vna ſit. Sed incarnatiõis
ſacerrimæ duplex medium voluit hoc pacto in=
nuere, alterũ intrinſecũ, extrinſecũ alterũ. Extrin=
ſecum quaſiqꝫ varijs argenti notis animam illu
ſtrans, & concinnãs ad tantũ decus induendum,
eſt gratia ꝑſonalis illi concreata. Vt eñ a primo
ęuo quaſi ab ouo ipſo (ſi quid huiuſmodi fas di=
K ctu ſit) repetã, ad imaginẽ glorioſiſſimę trinitatis
primitus homo formatus, diabolica quadã tri=
plicitate (ne trinitatis nomẽ venerandũ hic forte
incõmodiſſimũ cõmodarim) videlicet ſuggeſtione



ſerpentina, muliebri delectatione, & viri minime
virili conſenſu teterrimã dedecoris triplicitatem
ſibi alligauit, dũ ſeſe cũ in honore eſſet nequaꝗ in
telligẽs, cõparatus eſt iumẽtis inſipiẽtibꝰ & igno
ratione veri impotentia boni, & mali concupiſcẽ
tia, infeliciter obſeſſus ſimilis factus eſt illis. Peſſi
ma plaga hæc, caſuſqꝫ apprime horrificus & lu=
ctuoſus: quo homo infelix ſummę trinitatis obli
terata imagine, in regionẽ diſſimilitudinis nimiſ
ꝗ longe abijt. Verũ nihil odit deus eorũ quę fecit
ideo cogitans cogitationes pacis & non afflictio=
nis, vt captiuũ ſuũ tãdem a longis erroribꝰ poſt
liminio reciperet, & nos tam lachrymabili calami
tate liberaret, ſuãqꝫ in nobis reformaret imaginẽ
demũqꝫ ad manifeſtã ꝓduceret ſummę ac ſempi=
ternę trinitatis ꝑfruitionem, nobis nouam reddi B
dit trinitatem, dum filium ſuũ vnigenitũ, voluit
primogenitum fieri in multis fratribus adopta
tis, & vnum paſſibiliũ, vnum voluit eſſe morta=
lium. Sed enim indecens erat excellẽtiſſimũ ſupre
mũqꝫ ſpiritum, immo noſtro & terrę limo vniri
niſi mediante ſublimiore quopiam, prætendente
quicꝗ cũ vtroqꝫ cõmercij. At quodnã quęſo iſtud
erit? anima profecto, quæ cũ diuino ſpiritu mul
tam habet ex imagine inſcripta rationem, nihilo
tamen minus indiuulſum in hoc ſeculo corpo=
ris conuictum: vt ea trinitatis imagine luculen=
ter inſignita, poſſit imũ ſummo, perinde atqꝫ mu
renulis quibuſdam aureis copulari, modo & hæ
murenulæ argẽto vermiculatę ſint. i. aĩa ipſa vi
ribus & officijs (quæ potentię vulgo ſunt) multi=
plex, gratia extrinſecus circũornetur. Alioqui ꝗli
bet aurea ob naturæ ſuę dignitatem, ſatis tamen

huic myſterio idonea nõ fuerit,niſi gratia,pater
nę culpę ꝓpulſatrix,eã diſtinguat,reformet,& il=
luſtret.Ait ergo murenulas aureas faciemus ti=
bi vermiculatas argento:acſi aperti⁹ diceret.Cor
pus quidẽ ex te,ſupremi patris oris hypoſtatico
oſculo vniendũ faciem⁹,nõ aĩam ꝑ quã tã diſſita
ſociantur:ipſam enim non ex te quidẽ, tibi tamẽ
faciemus, naturalium potentiarum cęleſti incre
mento,atq; implemento ſublimẽ,vt ſupra cętero
rum mortalium ſortem,maiore nos puritate re
ferat,gratia quoq; multiformi exuberãtẽ, vt ea,
quaſi argenti gemmis vermiculata, ſummeq; in
ſignita,ex humani luti argumẽto difformitas in
congruitaſq; ſuboriatur nulla.Nũc mihi reſpon
deat impię ſectę fautor improbus. Num triplici
L tatis illius diabolicę tenebris obſcuratam argues
quã ſuperueneranda trinitas vnus deus, portãs
omnia verbo virtutis ſuę,ita amplexa eſt, ꝑ quã
mundo noua trinitas deus homo tribuitur,per
quã omnis excluſa duplicitas eliditur,& in nobis
vniuerſa obſoleſcit diabolica triplicitas, quam ni
mis inconſulte illi obtrudis: cui⁹ p̃terea ceu pro
xenetę myſterio,noſtra trinitas ad ſummę illius
effigiem formata, & a ſe deformata feliciſſime re=
formatur,renouatur, & regeneratur ad gratiaȝ
in pręſenti,& in futuro ad gloriã:vt enim ad ob=
ſtruendum os loquentium iniqua, non nihil ex
abundanti proferã , in hac fidei,ſpei & charitatis
forma eſt,per quã reſurgimus:ex hac,nouę trini
tatis ꝑſona ꝑ quã inſtauramur:mediatrice hac:
ſpũs aqua & ſanguis trinitas teſtimonium dans
in terris ꝑ quã regeneramur ac tãdẽ ipſius inter
ceſſu, integerrime ac ꝑpetuo reformamur ĩ crea



turarũ nouitatẽ in cęlis,ꝑ aptę viſionis, amœniſ
ſimę fruitionis,ſecurę q; ꝑmãſionis trinitatẽ ĩ no
bis ſi efficaci pietate volum⁹ implẽdã.Et tu vno
figmẽto,tã p̃clara auſis beneficia p̃mere?Sed ſur=
dis loquimur.Sequitur dum eſſet rex &c.

## Cap.XIIII.

¶De Nardo & cõſenſu Marię,faſciculo myrrhę,
botro cypri, cum nonnullis de inexplicabilis in=
carnationis modo.

### Vox Mariæ.

DVm eſſet rex in accubitu ſuo
Nardus mea dedit odorem ſu
um.Faſciculus myrrhę dilect⁹
me⁹ mihi,inter vbera mea cõmorabit.
Botrus cypri dilectus meus mihi in vi
neis engaddi. ¶Vox Chriſti. Ecce tu
pulchra es amica mea.

¶Rei exitum cunctabundus angelus expectabat A
cum perinde,ac eruditiſſima,ſuperterrenaq; pa=
racliti ſpiritus ſchola ſapiens virgo, in oẽm hu=
militatis & deuotionis diſciplinam ad illum con
uerſa.duȝ eſſet rex in accubitu ſuo(inqt)nardus
mea dedit odorẽ ſuũ. Nardus modica hęrba eſt,
ſed calida,vehemẽtiſq; odoris,cuius ſymbolo re=
p̃ſentat hũilitas charitate vigẽs,fragrantiſſimaq;
pij animi,famęq; optĩę ſuaueolẽtia ꝯplẽs vniuer
ſa.Sed ĩtẽdat q̃ſo hic paulíſper charitas veſtra,q̃
inſtructa ſublimiter,q̃ mox mutata,immo nihil
mutata,ſi recte aduerteris, q̃ humilitatis gradũ

pedem̃q; immotũ,atq; adeo inconcuſſum tenue=
rit. Vult dominus,vt in auditu auris obtempe=
retur voci ſuæ: cui quaſi peccatum ariolandi eſt
repugnare,& quaſi ſcelus idolatrię nolle acquieſce
re:Sed agnoſce philoſophię acumen,ſed non huiꝰ
ſeculi. Vide humilitatis peritiã, & non humanæ
ad tanta decora fragilitatis audaciam. Dum eſſet
B rex in accubitu ſuo(ait) nardus mea dedit odorẽ
ſuum,dei mater efficitur, & regem vocat eũ quẽ
mox filium eſt habitura. Sublimis admodũ hu=
militas eſt in tanta ſublimitate illęſam humilita
tem tueri, & in tanta magnitudine modicitatis
ſuę meminiſſe. Qꝫ ſi ab humilitate Paulus ſubli
matus eſt,& raptus vſq; ad tertium cęlum,quia
ſe plus cæteris humiliauit, & minimũ apoſtolo=
rum indignumq; ſe apoſtoli nomine iudicauit:
Quid de hac inexhauſta humilitatis abyſſo ſpe=
randũ putamus,niſi vt odore ſpirantiſſimo fer=
uentis orationis,virginis ſeſe prorſus humilian
tis,cælos omnes penetrante, non ad cælum adeo
raperetur, q̃ ipſum potius authorem cæli ad ſe
raperet indiſſolubilibꝰ humillimæ charitatis fu
niculis compeditum? Is enĩ tametſi excelſus,hu=
milia reſpicit,humilia ſectatur,humilia concupi
ſcit,humilia complectitur,ac ſuper humilẽ & tre
mentem ſermones ſuos requieſcit. Nardus mea
C dedit odorem ſuum. Cumulus eſt humilitatis,
non enim ait odorem meũ ſed ſuũ, nardus mea
inquit,nam quo humiliemur ex noſtro eſt,dicẽ=
te domino per prophetã:Humiliatio tua in me=
dio tui Iſrael eſt. Aſt ipſe humiliationis odor ſa=
lutaris.ſ.veriſſima ſui cognitio,per quem homo
ſibi ipſi vileſcit,& deuotio charitate ſuccenſa, per



quã humiliatio ipſa deo authore in virtutẽ ex=
halat humilitatis,donum dei eſt,& fragrantia il
lius qui dicit:Diſcite a me quia mitis ſum & hu=
milis corde. Dum igitur eſſet rex regis filius in
accubitu ſuo,& nonaginta nouẽ oues paſceret in
mõtibus,nardus mea dedit odorem ſuum: neq;
enim virginitatem,puritatem incontaminatam,
prudentiamve reſpexit, ſed humilitatem ancillæ
ſuæ, & terribilis ille qui aufert ſpiritũ principũ,
mitẽ ſublimitate om̃i ſublimior humilitate quã
talibet depreſſiorem, & dñs ancillam elegit, vt in
ea formam ſerui,mitis & humilis factus indue=
ret. Expaueſco ad tantam maieſtatem,ſed agnoſco
dñi voluntatem,illi pręcipere,& mihi iuſſa capeſ
ſere fas eſt. Ecce ancilla dñi,fiat mihi ſecundũ ver
bum tuũ,vt ſpiritu ſancto ſuperueniẽte & virtu
te obumbrante altiſſimi,ſit in poſterũ nõ rex ter
ribilis,ſed paruulus,humilis,faſciculus myrrhę
dilectus meus mihi,quãdo inter vbera mea com
morabitur, ſit & botrus cypri dilectus meꝰ mi=
hi,in vineis Engadi. Grandia ſunt hæc, & pror= D
ſus huiuſmodi, quæ nequaq̃ niſi eo inſpirante q
dedit,ſiue eo cui datum eſt enarrante,innoteſce=
re potuerint. Faſciculus myrrhę dilectus meus
mihi. Myrrha arbuſcula eſt Arabię,cuius liquor
guttatim exudãs myrrhę quoq; nomine dictꝰ eſt
amarus,ſed odoris acris,quiq; vel eliminatis, vł
arefactis noxijs humoribꝰ, corpus incorruptuꝫ
teneat, ideo antiq̃tus mortuorũ cadauera, ne in
putredinis ſaniẽ effluerent,myrrha linebant̃. Fa=
ſciculus myrrhę igitur Mariæ Chriſtꝰ,dũ cõcipe
ret̃ extitit,q nõ ex virili ſemine, ſed myſtico ſpira
mine cõcretꝰ,matrẽ virginẽ ab oĩ corruptela tu=

tatus eſt.Faſciculus myrrhę nouē mēſibꝰ in vtē
ro clauſus ſtetit,q̄ a ꝑnicioſis humoribꝰ,& ſolito
pręgnantiū priſcę maledictionis grauamine ma=
trē ꝓſeruauit. Inter ipſa quoq; vbera faſciculus
fuit myrrhę,q̄ corruptionis expertem cęlitus la=
cte fœcundauit.Hic autem iure conſiderandum
ſubiit, quare faſciculū potius myrrhę,nō myr=
rhā ipſam vocauerit dilectū ſuū. Abſit em̄,vt ex
argēti ſtigmatibus vel minimum in murenulis
filiæ regis ocioſum exiſtimem. Sed plura in fa=
ſciculo colligantur,vt coniicere queas, triū ſub=
E ſtantiarū in Chriſto cōpactionē ſub faſciculi ſche
mate ſignari,quē etiā faſciculū nō faſcē dixit. par
uulus enim filius datus eſt nobis qui ornet, nō
oneret,& matri oneri nō ſit,ſed honori.Id quoq;
& per botrū expreſſit, qui ex plurimis uuis cō=
flat. Cyprus aut vt nūc a græci ſermonis peritis
ſcribit κύπειρος aut κύπειρον.i. cyperus vel cy=
peron,tenuis eſt arbuſcula ſeu frutex potius,in
vineę imaginē,quā in engaddi ex Aſſyria Salomō
tranſtuliſſe memorat. Ea oſſe vel ſaxo acuto ſuc=
ciſa,balſamꝰ liquor ꝓcioſiſſimꝰ exudat,quo ſubli
promereri curamus. Porro ego ſine præiudicio E
cuiuſq̃ melius ſentientis, hanc patris voluntatẽ,
& ſignatum ſuper nos lumen vultus eius, id eſſe

crediderim, q̃d nõ contemnẽdę authoritatis viri
ſyndereſim dixere. Naturalis eñ hic ad bonũ in-
ſtructus,corruptionis exlex,iure virgo dici põt,
quẽ nec ipſi animarũ cõſtupratores dęmones te-
merare,nec infernales anguſtię exterminare vnq̃
poſſunt.Sed quaſi lex dñi & ęterni patris volun-
tas,inuiolabilis pſeuerans in nobis,malo remur
murans,ſemp ad optima deprecatur, quã qui fa
cit & indiuulſe exequitur,ſuo modo p illam vir-
go ſicut ipſa eſt efficitur. Vt ſecundũ illã haud in
iuria Chriſti frater ſoror & mater nuncupetur.
Vt ſuperueniente ſpũſancto, & virtute altiſſimi
obũbrante, dum nũciatrix gratia Chriſti ſugge-
rit aduẽtũ,mentis finibus ſpiritualiter dilatatis
poſſimus, & ipſi dicere. Fiat mihi ſecũdũ verbũ
tuũ: vt nõ ex ſanguinibus ſeculariũ phantaſma-
tũ,neqꝫ ex volũtate carnis.i.carnaliũ deſideriorũ,
neqꝫ ex voluntate viri.i.ex zizanijs inimici,ſed ex
deo p gratiã bonũ audiamus, bonum concipia-
mus,in boni ſolius conſilia incumbamus,in bo-
nũ cõſpiremus.Ad bonũ oĩs rerũ noſtrarũ ſum-
ma vertet ſemp Amẽ: quæ tametſi carnis integri
tatẽ ſeruantibus faciliora non dubitẽ, cæteris ni
hiloſecius nõ erit vſquequaqꝫ ſupra vires poſitũ
cogitantibus(vt vere virgines)quæ dei ſunt quo
modo placeãt deo, maxĩe ſi ſuppoſuerit dñs ma-
nũ ſuã,vt occinere & ipſi cũ bñdicta virgine vale
F amus. Lęua eius ſub capite meo, & dextera illiꝰ
amplexabitur me.Nõ ab re itaqꝫ erit,quę lęua &
q̃ ſponſi dextera ſit, de qua hic agit diligentiꝰ pue
ſtigare.Vtiqꝫ lõgitudo dierũ ĩ dextera eiꝰ, & in ſi
niſtra eius diuitiæ & gloria:ait quidã, p dexterã
vitã ęternã,per ſiniſtrã vero vitã pſentẽ inſinuãs



cuius perituras diuitias & gloriam vẽto fuga-
ciorẽ,pauperes ꝑpter Chriſtũ ſi contẽnimus,vi
tã quoqꝫ ipſam eius gr̃a ꝑfundere, vbi vſus erit
parati,tũc ꝑculdubio lęua eiꝰ ſub capite noſtro,
ne timore male humiliante,aut amore moleſtiꝰ
vrgente grauati, ſubruamur:ꝙ ſi p ſcripturarũ
ſolatia,p ſacramentorũ participatũ, p myſtica in
ſpiracula,p meritoria exercitamẽta,& gratiã con
ſummatã, quaſi manus huiꝰ auxiliares digitos
(ſunt eñ hæc vitæ præſentis in Chriſto diuitiæ
& gloria)exiliũ noſtrũ ditare,& glorificare dignet
altiſſimus:iam lęua eiꝰ ſub capite noſtro eſt, ne-
dũ aduerſus caſum ſubſtentans,verumetiã ad ꝑ
fectum alacriter erigẽs,& ad ꝑpetuũ dexterę com
plexum miſericorditer & ſuauiter extollẽs, vt in
pace in idipſum dormiens & requieſcens ſingula-
riter in ſpe conſtitutus poſſit quiſqꝫ dicere: de-
xtera eius, id eſt longiturnitas vitæ amplexabi-
tur me a corpore mortis huius liberatum. Ta-
libus demũ virginis inſtitutis,monitis,& maxi-
me poſtremo iſto exemplo in ſpem erectę adole-
ſcentulę,ſpiritu feruentes,& de matre pręſumen
tes,properabant pluſcula quæritare,ocioſa ac cu
rioſa, ſicuti ocij huius ſpũalis perauidis ſed in-
cautis plerũqꝫ ſubrepere ęgre patimur.Atqui fi-
delis ſponſus dilectam ſuam in abſentia ſua fide-
liſſimã, in paucis cõprobans, pro talento latius
multiplicato,pro longanimi patientia, p repor-
tatis lucris in gaudium dñi ſui ad myſticos tho
ros ad ſpũales complexus, venerabili dignatione
admiſſam,iubet ab omni oneroſa infeſtatiõe,quo
ad voluerit,& non ꝑfunctorie qeſcere.Magna ꝓ-
rogatiua virginis,quã non corruptibilis carnis

egeſtates multipharię,nō cogitationū muſcę mo
rientes,nō corporalium imaginū irruentia phā
taſmata,de deſerto aſcendētem,niſi voluerit,quo
quopacto p̄pediunt,remorantur,aut reuocāt,cū
cæteris poſt multos ſudores. In hanc cellam ad=
miſſis,vix hora quaſi dimidia fiat ſilentiū in cęlo
anguſtijs,cogitationibus,& phantaſticis imagi=
nibus irrūpentibus,& deſideratę lucis quietē in=
terrūpentibus.Hoc tamen illi munus præſtitit,
non natura,quā cōmuni nobiſcum corruptioni
habet obnoxiam,ſed protectio diuina quę ait. Ad
iuro vos filię Hieruſalem,ne ſuſcitetis, neq; eui=
gilare faciatis dilectā , quoad vſq; ipſa velit.Siue
adoleſcentularū nūc præmiſſę inſtitutionis, ſiue
anteriorum omniū clauſulam, adiurationē hāc
G dicamus veluti p̄cedentium cōfirmationem non
errabimus. Per capreas quippe ceruoſq; cāporū
in quibus ob luculentā atq; eximiam ſpiritualiū
oculorū perſpicacitatem,& agilioris intelligentiæ
volubilitatem, poſſumus angelicas poteſtates &
animas carne ſolutas intelligere.Quarū ceu ſatel
litio cōmodiſſime arcentur filię Hieruſalē.i.pacis
auidę & quietis,per diuinas theorias eleuatę, ne
dilectā auſint paſſim euocare, a tam ſublimi cho
ro & illimi thoro. Cui ſane totiens admiſcet,quo=
tiens cōtemplandi meretur ſponſi perfrui deſide
rata p̄ſentia. Verū longe lateq; congruentius, ad
p̄miſſorum omniū ſententiam,nō filijs ſed filiabꝰ
Hieruſalem,& nomine non numine, non merito
ſed numero, chriſtianis ſilentium indictum cre=
diderim: ne poſtmodum in virginem glorioſam
ſuper puritate conceptionis,& dei matris (q̄ græ
cis Theotocos dicitur)excellētiſſima pręrogatiua



pręfracta oīs irreuerētię fronte,oblectare p̄ſumāt
idq; p capreas ceruoſq; cāporū,p patriarchas ſcōs
& pphetas,quibꝰ de ſacratiſſima iſta virgine ho=
die īpleta,totiēs dignoſcit facta repromiſſio,in fi=
guris & pphetijs diuerſis,qbus in vſu peculiare
eſt,nō ſeriatim futura p̄tendere,ſed nūc vnū,nūc
aliud, ſaltātiū caprearū & ceruoꝝ more p̄uenire:
cui adiurationi & nos deferētes hic loquendi finē
faciemus . Eandē ſupbenedictā virginē ſupplici=
ter exorātes:vt impfectū noſtrū,cū inſufficientia
delictis & erratis infirmiſſimę huiꝰ infirmitatis
ſolito fauore ac nunq̄ fruſtra inuocato miſeri=
cordię candore excuſans, & benigne cōdonās, per
conceptionē ſui & conceptus dn̄ici ſacratiſſimam
annūciationē nobis impetret, ſe puriſſimā ſic de=
uote ſalutare,deuotius imitari,& per humilita=
tis veſtigia ſectari,ac deuotiſſime quę docuit im=
plere:vt ſalutis quam mundo attulit mereamur
tandem eſſe participes.Amen.

Finis Lib.I.

Eiuſdem in ſecundū Librū Prologus.



HActenus A
iternis il
luſtratio
nibus, ſe
cretoq; di
uinitatis
illapſu ſo
li virgini
dilectꝰ in
notuit: nūc autē copioſius,&
quaſi per vocē diuinę mētis verbū incōprehenſi=
bile,nō oībus:ſed quibuſdā ad hoc electis, & cęlicę

I

idiomatis capacibꝰ ſeſe mortalitatis noſtrę inuo
lucris cōtectū ꝓdit,explicat,cōicatq;.Ioanni ſcȝ &
Eliȝabeth in viſitatiōe, ſctō Ioſeph dormiēti ī ſua
trepidatiōe:paſtoribꝰ in natiuitate: parentibꝰ in
circūciſiōe:regibꝰ ī epiphania: ſimeoni cū paucis
in purificatiōe.In reliqs ꝟo q̄ paucis exceptis ter
tio libro diſcutiēda reſeruamꝰ,volens oēs ſaluos
fieri,nō vni,ſed oībꝰ,nō in ęnigmate, vt in p̄ſens,
perindeq; quaſi ſub vocis ſilitudine, ſed ſicut via
veritas & vita ſe ſequēdū,tenēdū,amplexādū,palā
exhibet. Queadmodū ꝟo vox earū q̄ in aīa ſunt
paſſionū ſignificatrix,intētiōibꝰ ipſis manifeſtior
eſt,& ad notionē rerū aptior:Sic q̄ nūc in manus
tractāda ſuſcepimꝰ, haud dubie ꝑſpicua magꝭ vi
debunt,& cōpēdioſiore explicatiōe cōtēta.Fuerūt
em̄ q̄ prius ſermone ſatis ꝓlixo ad ꝟbi(vt appel=
lāt)mētalis ritū ſenſibꝰ remotiora,& ſecretius ge
ſta vniuerſa.Quibꝰ nihilominꝰ haud leuiter dif
ficultatis pōdus auxit, & dñicę incarnatiōis inex
plicabile ſacramētū,& ꝯceptiōis immaculatę ꝟgi=
nis ꝓdē nimis ambiguū ſecretū, in qbus diutule
morā traximꝰ,de cetero ſtrictiore ꝯmētario vſu=
ri myſteriorū vi & cōditiōe ęſtimata.At qd iſtud
ſubortū ex inſperato noui?En ſibi interim vendi
B cat,& iure ſuo latius efflagitat qualecūq; oris no
ſtri officiū Ioānes baptiſta,vox verbi,amicꝰ ſpōſi
& cęleſtiū nuptiarū gl'ioſus paranymphus, cuiꝰ
nomē viuēdiq; normā, deo ꝓpitio fauēte ꝟgine,
& ipo opitulatore,ſortiti ſumꝰ.Mihi hāc ob rem
ꝓpius,atq; q̄ad opis nr̄ę licet excuſſius intuenti
inenarrabilia celeberrimę viſitatiōis huiꝰ ſacra=
mēta. & ī ipo xp̄i p̄curſore, pacatę anachoreſeos,
totiuſq; monaſticę diſciplīnę,cū primis aūt Car=



thuſianę puritatꝭ ꝯſecrata exordia,obit occurrit
illud Iacobi de religiōe frequēter obiectū : Religio
mūda & imaculata apud deū & patrē hęc ē:viſita=
re pupillos & viduas ī tribulatiōe earū,& imacu=
latū ſe cuſtodire ab hoc ſclō. Alta ſūt hęc,& obſcu=
ra.Quippe q̄ ſolitarię ruſticitati,& eremiticę or
dinis nr̄i ſimplicitati icōgrua,& pene ex diametro
aduerſa videant. Verū ſi tenebras nr̄as piiſſima
ꝟgo Maria iuxta veriſſimā ſcti noīs ſui interp̄ta=
tionē,illumīare dignet:nihil diſſentaneū, nihil ab
ſurdū,ſȝ ad īſtitutū nr̄m ſingula appoſitiſſime fa
cere,liqdo ꝯſtabit. Felix nāq; ꝟgo maria ſicut gr̄a
plena.Ita & ī viſitādo prudētiſſima,qa nō ꝓus qd C
ſpūale ē, vt mutuis affatibꝰ ꝑgnātꝭ anículę vere=
cūdiā releuaret,corpali etiā p̄ntia viſitauit. Priꝰ
qd aīale ē exhibēs, vt Ioāni xp̄s qd ſpūale ē ſpūalit
exhiberet. Viſitauit.n.tūc Ioānē xp̄s,nō p corpalē
p̄ſentiā,ſȝ p grām ſingularē:nō p affatꝰ mutuos,
ſȝ p effectꝰ eximios. Viſitauit īquā corporalr ma
ria Eliȝabeth, & de erubeſcēte cū vociferatiōe cōfi
tēte,de grauida ꝓpħę matrē fecit.Spūalr aūt Ioā
nē xp̄us viſitauit,& anachoretā de īfāte, patronū
de cliēte,ſpōſi amicū,de filio irę,de reo ſctm̄, & de
dānato ſalutꝭ p̄curſorē īſtituit.decebat.n. vt ſicut
carnē ſpūs,ita ſpūalis viſitatio corpalē ꝯditiōe ſu
peraret bñficio ꝓmoueret,& cōi vtrinq; ꝯmercio
ꝑficeret.Alioqui licet hmōi viſitatio ſpū inchoata D
credat,carne tñ ſecūdū corruptū hūanę fragilita=
tis ſtatū,idētidē cōſummari gemebūdi ītuemur,
vt nō immerito religionē illam dūtaxat mūdā &
immaculatam apud deum & patrem eſſe credide
rim,viſitare non oſtiatim curſitando, non clau=
ſtra circungyrando,non per ſeculum euagando,

hiſtriones,ſcurras,nugiuendos,ꝑruſcatores,lu=
diones,vanos hoīes,mimos,ſiccarios, fugientē ſe
culi pompā, & euaneſcētes ꝑtereuntis mūdi triū
phos.Sed in mētis arce fixa cuſtodia,per circūſpe
ctam meditationē,& deuotā orationē,ęſtuante in
religioſę charitatis viſceribꝰ affectu bene merēdi
de oīm ſalute,cū timore pio, ſtudioſius pluſtrā=
do inuiſere pupillos qui ęgyptiacum obliti ſunt
populū ſuū,& domū tenebroſi patrꝫ ſui: viduas
qꝫ q̄ vere viduę ſūt,& hoc nō ſemꝑ aut paſſim,
ſed ī tribulatiōe eoꝝ erit iſtud auxiliū opportu=
nū,& religioſum viri monachi officiū,cuius par
tes ſunt nō docere nō corporalia phyſicę diſcipli=
nę cōcinnare fomēta: ſed ſua & populi deflere pec
cata,& deū ſibi cęteriſqꝫ ꝓpitium conciliare.Neqꝫ
ad veros huiuſce pietatis vſus , quiſq̄ neceſſariū
arbitret̃ bellorū ſtrages,famis aut peſtilētię exci=
dia,ancipites diuerſarū infirmitatū euētus,quid
agāt,quidve minentur principes,& vt ſemel dicā
locutuleios tumultuabūdi fori rumuſculos ca
ptare,atqꝫ ī delinimēta auriū afferre. Sufficit eñi
cū candida mētis benignitate,horū æſtimatio ge=
neralis: quinetiā particularis & curioſa taliū ex=
plicatio,nō augmentū pręſtat deuotionis:ſed ia=
cturā plerūqꝫ nō ęſtimabilē.Audeo dicere,ꝙ neqꝫ
E bonorū ſeculariū ſancta colloquia ſunt ſolitario
appetenda. Ioannes eñi quo inter natos mulierū
maior ſurrexit nemo , Chriſtū veniſſe adhuc in
vtero clauſus exultando prodiderat , & in deſer=
to manēs natū fide indubitata tenebat, cuiꝰ tamē
vt ſpūalia fructuoſiſſimę ꝑſentię emolumēta ca=
ptaret,ne ad momentū quidē ſemel arreptū ſolita
rię vitę ꝓpoſitū aliqñ intermiſit. Deniqꝫ & ipſe lu



cerna ardēs, quaſi talēti immemor tādiu ſedēs &
panē lachrymoſę pœnitētię mādu cās ſub ſilentio
delituit,nec ad publicū ꝓfectū ſurgere acquieuit,
niſi prius ꝑparatoriū ſpūalis ablutiōis baptiſte=
riū pœnitētiæ & lachrymarū deſuꝑ acciperet,re=
gnū cęlorū opere ꝑdicās,nedū verbo violentis ra=
piendū.Hoc eñi in officio, nimirū violētia neceſſa
riā cauſam habet,q̄ ꝑ ſilētiū,ſolitudinē,& baptiſ=
mata lachrymarū,purificatus qs poſſit īmacula
tū ſe cuſtodire ab hoc ſeculo. Porro mirū videri
non debet,ſi regnū cęloꝝ a diebꝰ Ioannis baptiſtę
vim tātā patiat̃.Ioannes eñi in q̄ eſt gr̃a,dicit̃ q de
pr̄e muto natꝰ,docet nos ꝑ ſilētiū ad gr̃am copio=
ſius ꝓmerendā iuſtificari,ſicut Eſaias ait,erit cul
tus iuſtitię ſilētiū.Fugiēs aūt in ſolitudinē diuer
ſorū viatorū ne leui ſatem maculare vitā famine
poſſet,docuit euidētius,aīam ī ſolitudinē eductā,
euſqꝫ in gr̃a ſi perſeueret ſublimari, vt demū lo
quēs dn̄s ad cor eiꝰ,poſt terrā arentē irriguū ſu=
perius & inferius, & baptiſteriū ſpūale, ad eiꝰ &
aliorū abluēda pctā largiat̃ inexhauſtū fontē la=
chrīarū. Solitudo qppe ad gr̃aꝫ hāc ꝯſeq̄ndā mira
bilit̃ ſuffragat̃,q̄ ſine nec īmūdꝰ purificari,nec pu
rificatꝰ īmaculatū ſe cuſtodire ab hoc ſeculo ſatꝫ
pōt:Neqꝫ modicā qdē in tertia ſanctiſſimi myſte=
rij huiꝰ ſpūs ſancti viſitatiōe habere portionē.de
licata eñi eſt diuina cōſolatio,q̄ nō dat̃ admitten=
tibꝰ alienā,ſed & amicꝰ huiꝰ mūdi inimicꝰ dei cō
ſtituit̃:q ſicut recte viſitare nō nouit certe nec de
ſuꝑ viſitari,q aūt immaculatū ſe cuſtodit ab hoc
ſeculo,nunq̄ minꝰ ſolus eſt q̄ cū ſolus, qa viſitat
eū paraclitꝰ ex alto ꝓueniēs,a quo miſericorditer
inſtitutꝰ,nouit & cęteros opportune ac fructuo

ſe viſitare. Verū enimuero vt ante diximus non prius qđ ſpūale eſt, ſed qđ aīale: deinde qđ ſpūale. Prius em̄ Lyā q̄ Rachel Iacob habuit, & ideo Elizabeth, bn̄dicta v̄go Maria corporei acceſſus officio viſitauit, & pſiteri cū clamore fecit, bn̄dictum fructū ventris ſui. Sic fratrē valetudinariū actu viſitare monachus phas habet, ſꝫ nō ſemp pficit. Viſitauit aūt Ioannē xp̄s ſingularit & de reo ſanctū fecit. Sic quēlibet afflictū ſi viſitet deuot⁹ religioſus ſpūaliter, ſalubria feruētis oratiōis ſuffragia homini interiori charitatis officio ppinans, morbū frequētius reſecat (dictu mirū) etiā corporeū. Prima nēpe viſitatio pōt frequēter turbari, ſecūda de quiet ſecuritate gl'iari. prima Marthā, ſecūda Mariā. prima actiuā, ſecunda vitā reſpicit cōtēplatiuā. Ideo tametſi prior haud raro cōtagij nōnihil ptrahat e turbatiōe, ſit tn̄ apud deū religio mūda p cōfeſſionē. Scđa vero qa clauſo oſtio oratiōnē ſequit & feruētē meditatiōnē, religio eſt immaculata apud patrē, q in abſcōdito videt, a q̄ & expectat ſingularē retributionē. Sed tertia viſitatio laudē oēm ſupgreſſa hūanę inuētiōis, illam pmouet & hāc pficit, qa Elizabeth p̄gnātē facit pphetiſſā, & Ioānē nōdū fantē efficit pluſq̄ pphetā. Hāc aūt nemo nouit niſi q accipit, q aūt accepit: vt in illo pſeueret, īmaculatū ſe cuſtodire ab hoc ſclo nūq̄ nō ht, qđ nobis viſitās nos, idē ſpūs cōcedat, q eſt cū pr̄e & filio de⁹ bn̄dict⁹ in ſcl'a. Amen.

## Cap.I.

Quę vox dilecti mei & quos ille mōtes ſalit, ac trāſilit xp̄s, p̄terea quō Maria exurgēs mię mater effecta, primo in Ioanne xp̄i baptiſta operata ſit.



## Vox Marię.

Vox dilecti mei. Ecce iſte venit ſaliēs ī mōtib⁹, trāſiliēs colles.

¶ Olim Malachias ait: Ecce mitto angelū meū, q p̄parabit viā ante faciē tuā. Pręcinuit autē & Eſaias. Vox clamātis ī deſerto, parate viā dn̄i, rectas facite ſemitas ei⁹. Quę angelicis pſona ſatis eloquijs mēte tractās v̄go ſapiētiſſia, de hoc āgelo Zacharię filio āgelū Gabrielē locutū, hac q̄ p de voce nō eſſe impoſſibile apud deū oē verbū, intelligentiā verbo ipſo interius ſuggerēte pſpiciēs. ait. Vox dilecti mei, me de eximij p̄curſoris ſui p̄rogatiuis ſublimiter inſtruētis, & ad ei⁹ pſecratiōnē maturius inuitātis. Niſi hic per vocē (quæ ſolū p̄ſentibus opitulatur) peculiarē inſpiratiōnē accipi durū quiſpiā arbitretur. Vel aliter, & forte iuxta præmiſſum Eſaię vaticiniū appoſitius, hic Elizabeth cōceptus filius, vox eſt dilecti mei. Sed quæ vox, & cuius dilecti? Vox virtutis & correctionis, vox pœnitentię & cōfeſſionis, vox exultationis & ſalutis in tabernaculis iuſtoꝝ. Sed cui⁹ dilecti? Plane vox verbi, vox domini reuelātis cōdēſa, per feliciſſimi pueri in vtero clauſi pdigioſam exultatiōnē, vox dn̄i preparantis ceruos, per propheticū ſpiritū in parentibus eius agiliorem, vox dn̄i concutientis deſertū, per diſtrictiſſimam vitę auſteritatem, vox dn̄i intercidētis flammam ignis per efficacem pœnitentiæ lachrymoſę predicationem, vox domini confringentis cedros, per conſtantem reprehenſionem & imminentis ſecuris comminationem, vox domini in prophetica magnificentia, per ſtantis in medio ſed latentis

Chriſti ꝯmẽdationẽ, vox dñi in virtute, ꝑ humil
limã ſui atteſtationẽ, vox dñi ſuꝑ aquas, ad veri
baptiſmi diuinã reuelationẽ. Vt.n.ſuꝑ aqs mul=
tas baptizato Chriſto & orãte deꝰ maieſtatis into
nuit, Hic eſt filius meꝰ dilectus, in quo mihi com
placui, tũc & Ioãnes, vidi (ingt) ſpm̃ deſcendentẽ ſi
cut columbã de cælo, & mãſit ſuꝑ eũ, & ego neſcie
bã eũ, ſed qui miſit me baptizare in aqua, ille mi
hi dixit, ſuꝑ quẽ videris ſpm̃ deſcendentẽ & manẽ
tem ſuꝑ eũ, hic eſt qui baptizat in ſpũ ſancto. Ait
ergo virgo benedicta hæc ipſa cõmemorans, vox
hic dilecti mei eſt, quã nobis cõuenit ꝑ verbi præ
ſentiã cõſũmmare, alioquin ſicut ſine verbo vox
ſingulare reſonat nihil: ſic iſte niſi ꝑ celerẽ verbi
cæleſtis præſentiã, nequaq̃ poterit ſpõſum ami=
cus, iudicem præco, regẽ anteſignanus, lucerna di
em, lucifer ſolem, verbum vox, angelus deũ, cõdi
C gna feſtiuitate præcurrere. Exurgens itaq; abijt
in mõtana cũ feſtinatione. Sed quomodo exurgẽs
quæ a ſui ſummo & inęquabili vertice, ab actibꝰ
ſupremę theorices exurgere nõ potuit amplius
aſcendẽdo? In celſiſſimo naq; purę creaturæ, & in
altiſſimo cõtẽplationis actu ſecundũ oẽs virtutes
maxime theologicas eleuata, credit̃ ſummũ ipm̃
peruaſiſſe faſtigiũ, ad ſupremã vſq; naturã, dum
ſplendorẽ paternę glorię e paterni ſinus adytis, in
ſua viſcera dilapſum, ſtella ꝓfulgida ſuſcepit abũ
dantius, ſuſceptũ fouit in vtero, vt fotũ mundo
aurora ſolẽ ederet mirabilius, quæ ſi ſanctũ men
tis verticẽ altius tentaſſet attollere, creaturę limi
tes protinus exceſſiſſet. Non igit̃ ad interiora, ſed
ad exteriora ſurrexit, & quæ in cellarijs hauſerat
cæleſtibus, ſalubriter eructans ſalutis mater in



opus exterius ꝓdere miſericorditer cœpit. Non
enĩ in ſe maternos cõtinere debuit effectus, iamiã
oĩm mater facta: nec ab hac hora aliud agere, q̃
quæ ſaluti noſtrę generatim obſecundarent. Cõ=
munis ſiquidẽ perſona effecta, cõmunẽ nõ ꝓpriã
veſtigare debuit vtilitatẽ. Exurgẽs itaq; abijt in
montana cũ feſtinatione, & filiũ dei, regẽ glorię, ac
dñm maieſtatis geſtans in vtero, ſuꝑnorũ ciuiũ
choris ſollicite & reuerenter illã comitãtibus, ait.
Ecce iſte venit ſaliẽs in mõtibus, & tranſiliẽs col= D
les. Poteramus iſtud ſimpliciter de montanis Iu
dęę intelligere, ſed in ſpũali cantico ſpũalem hau=
rientes intellectũ, appoſitius fieri credimus, ſi lo=
cũ hunc ad ſpirituales mõtes referamus, qui per
virtutũ altitudinẽ recto in cælũ vertice inconni=
uẽter proſpectant. Colles vero hic illos intelligo, q
virtutẽ abnegãtes formã quidẽ habẽt pietatis, na
tura ſublimes, moribꝰ abiecti, & in dignitatũ al=
titudine conſtituti ad ima degeneres probantur.
Hos veniẽs tranſilit dominus, q in veris mõtibꝰ
per ſui manifeſtationẽ ſalire ꝓhibet. In angelis.n.
ſalit, & ſpũs tranſilit deſertores. Ioãnis, Elizabeth,
Zacharię, Ioſeph, & paſtorum notitię inclareſcit:
phariſęos tranſiliens contemptores, regibus ap=
paruit: quẽ nõ potuit reperire Herodes, illũ Si=
meon, & Anna in templo ſuſcipiunt: quẽ tyranno
ꝓdere potuerũt, ſed non viſere ſcribę fallaces: quia
venit ſaliẽs in mõtibꝰ & trãſiliẽs colles. His & alijs
inſtantis tp̃is arcanis, filio ſuo inſpirante, virgo
ſolitaria & ab onerosę mortaliũ turbę tumultuo
ſo comitatu aliena, pergẽs mirũ in modũ releua=
bat. Vt aũt itrauit domũ Zacharię, ſalutauit Eli E
zabeth, & factũ eſt vt audiuit ſalutationẽ mariæ

Elizabeth,exultauit infans in vtero eius. Nec mi
rũ, nouꝰ enim ille ignis per os Gabrielis miſſus
in aurem virginis ,Maria ſalutante ꝑ matris au
rem penetrauit ad paruulũ,& latentẽ ſub modio
lucernam affatim illuſtrauit,ita vt & ipſum mo
dium ſuũ vehemẽtis afflatus participẽ redderet.
Repleta eſt eñ tũc ſpiritu ſancto Elizabeth,& ex=
clamauit voce magna,qa deuotione plena dicens,
Benedicta tu inter mulieres,& benedictus fructꝰ
vẽtris tui,& vnde hoc mihi,vt veniat mater dñi
mei ad me? Si ad ſenem iuuencula,ad diuitẽ pau
per,ad grauidam expedita,ad ſacerdotis vxorem
ſimplex fabri mulier obſequutura venires,pote=
rat nihiloſecius rationabile iſtud obſequiũ,virgi
nitatis pudor,via prolixior,crebrę itinerantium
difficultates,& varij montiũ anfractus, in te ſin
gularem cõmendare gratiã, aut etiã ab officioſę
charitatis ſtudio penitus excuſare. Nunc aũt ad
inueteratã dierũ malorũ venerabilis ſenectutis
ętate & vita immaculata,ad corruptam incorru
pa, domina ad ancillam,regina ad mulierculã,im
peratrix ad plebeiã,ſtudioſe obſequutura cõuer=
F teris. Et vnde hoc mihi,qua iuſtitia,quibus me=
ritis,pro quibus factis? O mater ſed virgo,ma=
ris eñ neſcia, florens & de fertilitate pudica, nõ
vſitata hæc officia fœminarũ ſunt. Ecce eñ vt fa
cta eſt vox ſalutationis tuę in auribus meis, ex=
ultauit in gaudio infans in vtero meo.

## Cap.II.

¶Agitur de effectu & laudibus virginalis ſaluta
tionis, & poſtremo de præconijs beati Ioannis
Baptiſtæ.



NOuitas hęc inaudita,exultauit in gau A
dio infans in vtero meo. Oẽs vallẽ hãc
lachrymarũ eiulantes ingredimur,te=
ſtes ipſi locupletes,quia melior ſit dies
mortis q̃ natiuitatis. Hic aũt nondũ natus exul
tat,ſed hoc parũ,etiã in gaudio exultat, & iamiã
gaudio gaudet amicus ſponſi propter ſponſum,
qui vix ſentit ſeipſum. Et vnde hoc mihi, qa vox
dilectę virginis vocem dilecti fecit & Ioãnem,gra=
tiam intulit,nomen cõtulit,& pluſq̃ ꝓphetã con=
ſecrauit,nedũ ꝓphetã. Ecce eñ vt facta eſt vox ſa
lutatiõis tuę in auribus meis(inqt )exultauit in
gaudio ĩfãs in vtero meo. Credite mihi quo plus
cõſidero,amplius ſtupeo,amplius gaudeo,nec ſa B
tis capio præ gaudio,q̃ ſalubre,q̃ fructuoſum,q̃
laudabile, q̃ꝙ heroicũ ſit virginẽ glorioſam ſine
intermiſſione ſalutare. Cur ita? qa cũ erubeſcẽda
penitus ignoret,& a ſalutante de ſilentio erubeſcẽ
dum ſapiens aſſeueret,credenda eſt protinus re=
ſalutare. Quid tum? ipſa pręuenta,abundantio=
rẽ gratiã ſalutantibus refuſura merito exiſtima
bitur,q̃ Elizabeth ſalutãdo ꝑueniẽs,tot beneficijs
matrẽ cumulauit & filiũ. Quibꝰ matrẽ? conſtan
tia,prole ſancta,ſimul & ꝓphetia,vt iã palã pro=
phetet,q̃ ante ꝓ bñficio erubeſcẽs,ſeſe mẽſibꝰ q̃nqꝫ
hoĩm aſpectibꝰ ſubſtrahebat. Filiũ autem,vt an=
te ſanctũ q̃ natũ,ante ꝓphetam q̃ hominẽ,& ꝓpe
modũ ante exultare faceret q̃ viuere. O ſalutatio C
nis fructus immenſus. O verbum ſalutis ineffa
biliter erumpens,ſcrutans corda & renes,& pene
trãs vſqꝫ ad intima vẽtris. Sed.n.cuiuſmodi hãc
Marię ſalutationẽ fuiſſe imaginemur,q̃ vt aures
matris attigit, clauſum in vtero fœtũ ſanctifica=
uit, & mortis excidium, vitæ præſagium,orbis

miraculum gentis lętitiã,parentũ gloriã,initium
cõuerſionis, & totius iuſtitię renaſcentis princi=
patum extulit.Multas cũ in veteri tum in nouo
teſtamento diuerſorũ ſalutationes legimus, ſed
nũquid talibꝰ pręuẽti(ſicut nũc)peccatorũ expia=
tione donati ſunt. Papa excõmunicatũ ſalutans,
illũ cẽſetur ab excõmunicatione abſoluere,ſed nũ
quid illius ſalutatio, aut cuiuſcũ.ꝗ alteriꝰ, q̃uis
ſanctiſſimi,etiã angeli poterit originale tollere,ba
D ptiſmũ ſupplere,gratiã p̃ſtare, ꝓphetã cõſecrare,
imo & pluſq̃ ꝓphetã? Enimuero qbꝰ vbis(obſecro)
tã potentẽ,magnificã,& admirabilẽ ſalutationem
cõijcimus expreſſam innotuiſſe? euangeliſta non
docuit, ſed nec Elizabeth retulit verbũ abſcõditũ
qđ in ſecreto Ioãnes audiuit. Nec mirũ æterni nã
ꝗ patris verbũ coęternũ,& ſi prius eſſe potuit,q̃
purgationẽ faceret delictorũ, noluit tñ aliter q̃ ꝑ
vocẽ innoteſcere,vt ſic verbũ ineffabile ꝑ vocẽ,& ꝑ
lucernã lumẽ incõpręhẽſibile,infirmitati nr̃æ cõ=
tẽperatũ,tandẽ capi poſſet ad ſalutẽ. Sed cuiꝰ me=
ritis,& qbus medijs? haud dubie virginis,cuius
vox vt corporales aniculę matris aures ꝑcrebru
it,gaudiũ ſuſcitat infantis,& virtus ſpũalis cor=
imutauit audiẽtis,quę prius filiũ, deinde matrẽ
amore dei latẽtis ſuccẽdit,& ſpũſancto repleuit,a
quo vno eodẽꝗ momẽto edocti ſunt:illa vt ſalu=
tantẽ q̃ eſſet agnoſceret,& ęterni regis genitricem
milit ſ mater debita afficeret reuerẽtia. Ipſe aũt vt
vẽtris obſtruſo poſitꝰ cubili ſentiret regẽ thala=
E mo manẽtẽ,& totꝰ feſtiuus exultãdo qbꝰ poterat
aperiret. Qꝫ ſi illi tãtũ vnica virginis ſalutatione
collatũ eſt,quãtis bñdictionibus,quãta gr̃a,quan
ta gloria ſanctũ Chriſti Baptiſtam trimeſtri mo



ra illa cumulatũ arbitramur, niſi vt tãdẽ naſce=
ret maior hoĩe,par angelis,pctõꝝ venia, iudęoꝝ
correctio,vocatio gẽtiũ,tuba cęli,p̃co Chriſti,ar=
canũ pr̃is,filij nũcius,& ſignifer ſuꝑni regꝭ,q po=
ſtremo ob hoc intãtũ natꝰ effulſit,vt gẽti lætitiã,
ppl'o ſacerdotẽ, muto vocẽ miraculoſe redderet:
& pr̃i pietatẽ,vt.ſ.gratiã loq̃ret ꝓpheta. Cui ob ſi
dei inopiã,mulctę irrogator angelus, functionis
ſacerdotalis,ac ſermonis totiꝰ vſum vſꝗ ad huiꝰ
diẽ natalẽ infantis ademerat. Sed dũ ſuauiꝰ ĩ glo=
rioſiſſimę vginis ſalutatione,& beatiſſimi Ioãnis
exultatiõe exultabũdi deliciamur,multũ nimis a
ſuſceptę expoſitiõis ꝓpoſito digreſſi ſumꝰ. Nõ ab
re tñ:ex his eñ ſanctę Elizabeth admiratio fit ꝑ=
ſpicua,qua dicebat vñ hoc mihi vt veniat mr̃ dñi
mei ad me? an vt prior ſalutet,& dũ ſalutat,pu=
er nõdũ natꝰ exultet? Erubeſcebã ſane prius,quia
myſteriũ neſciebã,atq nũc dũ miraculũ ꝑſentiſco,
per diuinitus datũ ꝓphetię ſpm̃ tantę nouitatis
rationẽ appręhendo:benedictus fructus ventris
tui,& beata quę credidiſti,quoniã perficientur ea
quæ dicta ſunt tibi a domino.

Cap.III.

¶Virgo benedicta paulatim,& obſcure q̃ accepat
pãdit,ac demũ ad id ſolẽnius exequẽdũ inducit.

Vox Marię.

SImilis eſt dilectꝰ meꝰ capreę hin
nuloꝗ ceruoꝝ. En ipe ſtat poſt
parietẽ nr̃m r̃ſpiciẽs ꝑ feneſtras
ꝓſpiciẽs ꝑ cancellos. En dilectꝰ meꝰ loqt
mihi. ¶Vox Chriſti. Surge ꝓpera ami

ca mea,colūba mea,formoſa mea,& ve=
ni.Iā enim hyems tranſiit, imber abiit
& receſſit,flores apparuerunt in terra
noſtra,tempus putationis aduenit,vox
turturis audita eſt in terra noſtra, ficꝰ
protulit groſſos ſuos, vineę florētes de
derunt odorē ſuū. Surge propera ami=
ca mea,ſpecioſa mea &veni colūba mea
ī foraminibꝰ petrę in cauerna macerię.

A ¶Q̃ꝫq̃ permagnifica & omni gratiarū actione di
gniſſima munera,gratię plenitudinē,& chariſma
tum omniū fontem æterni patris filium virgo
benedicta ſuſcepit : Ita tamen ceu humilitatis, ac
puellaris modeſtię architectrix exquiſitiſſima,ſa=
crum myſterium ſub ſilentio occultum venera=
ta eſt,vt nec dei laudes, quas in animo ſine inter
miſſione verſabat,ore protulerit, priuſq̃ ea con=
ſpexit per Elizabeth euulgari.At vbi eadē ſpiritu
ſancto reuelante, aliorū quoq; encomijs celebra=
tū iri audiuit,mox etiā ipſa,theſaurū quē mente
clauſum tenebat interim obſcurius,& quaſi ęni=
gmatice inſinuat,dicēs.Similis eſt dilectus meus
caprę hinnuloq; ceruorū.Nedū vt saliēs in mō=
tibus & trāſiliens colles quę dicta ſunt mihi a do
mino manifeſtet:verū vt in manu ꝓphetarū aſſi
milatus,perinde ac illorū hinnulus, patriarchis
multiplicatas viſiones efficaci rei ſimilitudine cō
ſummet.Superius appellatione ceruorum intel
lectos ꝓphetas teſtati ſumus, quorum hinnuloꝰ



ſimilis Chriſtꝰ recte dicit,q̃a incarnatus ꝓphetia
rū typo omī ex ꝑte reſpōdit. Per capreas aūt pa=
triarchas adumbrari.Fuerūt.n.paſtores ouiū,&
viſu ſpūali capreis ꝑniciores, remotiſſima q̃q; de
Chriſto ꝓuiderūt. Exultauit em̄ Abrahā vt vide
ret diē eius,vidit & gauiſus eſt. Sic Iſaac ad p̄ſen
tia cæcus,ſed lynceus ad futura,odore agri huiꝰ
benedicti percitus,& plenitudine delectatꝰ,illi be=
nedixit, in quē p̄terea ad meditandū inclinata iā
die egreſſus legitur,ad hoc,ni fallor, vt florē hūc
campi,& liliū cōuallīū pleniore animi & voti ſui
ſententia aſpiceret . Deniq; vidi dominū facie ad
faciem(ait Iacob)& ſalua facta eſt anima mea, vt
cæteros interim tacitos prætereā, quibus pluri=
es viſus Chriſtꝰ legit, ſed in figura,in ęnigmate,
in ſimilitudine, quia omnia in figura continge=
bant illis.Per capreas igitur hos omnes ſignatos
arbitror, quibus ſatis ſimilis Chriſtus dici po=
tuit,q̃a ex illis natus ſicut illi viderant,& per re=
promiſſionem acceperant,apparuit,deus dn̄s, &
illuxit nobis.Porro nō capreis,ſed capreæ ſimilē
dilectum virgo glorioſa narrat. Sed eodē res vol
uitur,per capream enim antiquorum omnium
ſynagogam , viſu ꝓphetico percelebrē expreſſam
intelligendū eſt.En ipſe ſtat poſt parietem noſtrū
reſpiciens per feneſtras,proſpiciens per cancellos
acſi dicat nec de Ioānis exultatione,nec de eorum
q̃ dicta ſunt mihi a dn̄o facta tibi reuelatione mi
randum tibi exiſtimes. En ipſe ſtat poſt parietē B
nr̄m.Stat vtiq; poſt ꝟginis parietē,q̃a ↄcepit vir
go filiū,q̃a circūdat mulier virū.virū em̄ eē opor
tuit,quē poſt parietē cū cęterꝭ audax ꝓtoplaſto=
rum temeritas ſupplantare penes ſe non habuit.

nō ſic alij,nō ſic Ioānes, nō ſic ipſa virgo bñdicta. Beat⁹ tñ q ſec⁹ decurſus aquarū p baptiſmū plātat⁹,in cathedra peſtilētię nō ſedit. Sed beatior Ioannes q in via pctōꝝ nō ſtetit,in qua ſtare, ceſpitare eſt. Atq; hīc fortaſſe potiſſimū,ī tātā glīę magnitudinē eueꝗt⁹ ē,vt īter natos mlıerū illo nemo maior ſurrexerit, qa nemo in ſurgēdo velocior. Sꝫ oīm btiſſim⁹ xp̄s,q ſol⁹cadere nō potuit,q matrē ne caderet direxit,q tā cito eliſuꝫ Ioānē erexit, qui deniq; reſpiciēs per feneſtras,proſpiciens per cancellos, ex his q̄ experiētia didicit,factus eſt oībus ſibi obtēperantibus cauſa ſalutis æternę.Sēſus eīm corporeos & humanos affectus pro foraminib⁹ habuit,& feneſtris : vt miſerias hominū incarnatus experimēto cognoſceret,& tēptatus p omnia pro ſimilitudine abſq; peccato,miſericors fieret.Et bene reſpiciens:hęc eīm omnia ante noue
C
rat,ſed aliter.Reſpexit igit̄ qui(vt ita dicam)quod nouerat,iterū didicit:proſpexit etiā,quia procul ab æterna eius incōmutabilitate aberat miſeriarū viciſſitudo & humanorū affectuum varietas quam in ruinoſo noſtro & rimarū pleno pariete ſuſtinuit. En dilectus meus loquit̄ mihi. Surge propera amica mea,colūba mea, formoſa mea,& veni.In vſu erat Iudæis etiā mulieribus accepto quouis inſigni beneficio inde cōfecta cātica in gratiarū actionē,grateq; mētis argumentū recitare. ſic Moyſen & Mariā ſororē ei⁹, ſic Delboram,ſic Annā,ſic Iudith feciſſe memorię proditū eſt.percuſſo quoq; Philiſteo cū reuerteretur Dauid, & ferret caput eius in Hieruſalē:egreſſę ſunt mulieres de vniuerſis vrbibus Iſrael cantātes,choroſq; ducētes in occurſum Saul regis,in tympanis lętitię,& in ſiſtris.& præcinebant mulieres dicentes, Percuſſit Saul mille, & Dauid decem milia. Sed quū ſine controuerſia inter oēs fideles conueniat nullū inſignius lōgius ac latius patere beneficiū, eo quo viſitans dn̄s plębem ſuā,erexit nobis cornu ſalutis ī domo Dauid pueri ſui:ſicut loquutus eſt per os ſanctorū,qui a ſeculo ſunt prophetarū eius:nihilo ſecius virgo ſancta vbiq; verecūdiuſcula,iactantiæq; atq; oīs cenodoxię faſtidiēs, adhuc cōticeſcit. Replicat Elizabeth ſancta myſterium,neq; ſic quidē mater humilitatis ſecretum ſuū expectorat, ad reuelatę veritatis fulcimen & patrociniū verecūdię ſatis eſſe reputans, corā nō D
negaſſe.Quid hic quęſo velamenti honeſti prętēdemus miſeri,ſuperbi,verboſi,loquaces:ſed re vera balbutientes atq; incertiſſimi,qui qđ nondum didicimus p̄ſumimus, & ſcientiſſimū queq; temerarij pręuenimus , & ſiquid in buccā venerit inconſiderato glorię prurıtu extemplo crepitantib⁹ faucibus exufflamus.Ecce Maria prophetarum oraculū,ſpiritus ſancti habitaculū,myſterioruꝫ omniū optime conſcia,cōferēs in corde ſuo ſecreta cōſeruat vniuerſa cū propheta dicēs:ſecretum meū mihi , reuelatū vt dixi refert Elizabeth ſancta myſteriū:& maria,ſecretū meū mihi. Secreto tripudio ſecretū prodit Ioannes ſacramētum.Et maria,ſecretū meū mihi. Vere ſi non obſurdeſcimus, ad vnicū hoc & vnicę dignitatis exemplum a maria exhibitum,mire retūditur ſuperbia noſtra,loquacitas cōfutatur,& pręſumptio condēnatur. Verum enimuero nūquid ſemper tacendum, & contra aduerſantis prophetę ſententiam ijs qui domini reminiſcuntur ſemper ſilendum?

Non dico.Sed vanū eſt nobis ante lucem ſurgere
quibus cōpetit ſedētibus manducare panē dolo=
ris Mariam attende,quę inuitantē dn̄m nec teme
re ꝑuenit,nec ingrata diſtulit: ſed inuitata diui=
E nitus,& ſecuritate donata ſedulo intulit. Dilect⁹
meus mihi,& ego illi:prius ille mihi, hinc ego il=
li.Verū textus ipſius medullam exprimētes,ſin=
gula accuratius veſtigare operępreciū eſt.En di
lectus meus loquit̃ mihi , locutio iſta inſpiratio
eſt.Surge,ꝓpera,amica mea,colūba mea,formo=
ſa mea,& veni.Iam em̄ hyems trāſijt, imber abijt
& receſſit,flores apparuerūt in terra, tria verba
poſuit,quibus tria noīa peruenuſte & gratia di=
cēdi lepidiſſima cōpoſuit, q̄bus demū illectamēta
nō min⁹ opportuna adiecit.Verba ſūt hęc ſurge,
propera, veni:noīa autē,amica, formoſa,colūba,
illectiua vero hyems tranſijt, imber abijt, flores
apparuerūt in terra:quippe quę ſequūtur eorū=
dē repetitio eſt:vt em̄ de groſſis & vineis florenti
bus ſileatur,exactam hyemē putationis tempus
indicat, & imbriū abſceſſum vox turturis mani
feſtat. Promptum equidē habui ſacrę viſitatiōis
hui⁹ myſterio deſeruiēs, exprimere ꝑ hyemē ſan
ctę Elizabeth ſterilitatē , per imbrē illius lachry=
mas fœcunditatē implorantis:per flores in Ioan
nis annūciatione,cōceptione,ſanctificatiōe,& exul
tatione geſta miracula:per tēpus putationis Za
charię ſilentiū , per vocē turturis collatū Ioanni
prophetię ſpiritū,necnō angelicæ puritatis mun
diſſimę caſtitatis,& ſanctę ſolitudinis inſpiratum
propoſitū,per groſſos vero & florētium vinearū
reſperſum odorē,Zachariā,Elizabeth,vniuerſaq;
prorſus ſanctoꝝ ea tēpeſtate coronā peramœno



probitatis flore ſpectabilē. Sed cōmune bn̄ficiū &
generale canticū ad q̄d virgo benedicta peragendū
inducit̃ generalius quippiā efflagitat . Dicamus
igitur reddentes ſingula ſingulis.O amica mea,
ob gratiarū plenā abſolutāq; exuberantiā, & bo=
noꝝ omniū cōmunicationē,hyems tranſijt legis
ſcꝫ ſterilitas,q̄ gratiā nō cōferebat: ſurge & mihi
iūgere per ſolēnem gratiarū actionē.& bene ſur=
ge:erat enim in obſequio ſanctę Elizabeth, & vitę
actiuę inferiorib⁹ miniſterijs occupata.Item co= F
lūba mea,per ſpiritū ſanctū in te ſuperuenictem,
meditationis volatū retardans ꝓphetice caliginis
imber abijt: lex em̄ & prophetę vſq; ad Ioannem,
propera ergo per celerē meditationē , & magnifi=
cet anima tua dn̄m. Specioſa etiā ꝓpter obūbran
tē tibi altiſſimi virtutē,flores apparuerūt in ter=
ra.Dedit em̄ dn̄s euāgelicam benignitatē,& terra
noſtra fructū ſuū,veni igitur per delectabilē cō=
templationē,& melle ipſo mellitiorē,ac exultet ſpi
ritus tuus in deo ſalutari ſuo. Cætera quę ſequū
tur, eodem poſſunt affectu quo & iſta explicari.
Nam & iſta confirmant, ait enim Eſaias de tēpo
re hoc in perſona dei texens oraculū.Quo mihi
multitudo victimarū veſtrarū,plenus ſum:ho=
locauſtomata arietū,& adipē pīguiū, & ſanguinē
vituloꝝ,& agnoꝝ,& hircorū nolui.Et pſalmiſta.
nō accipiā de domo tua vitulos,neq; de gregibus
tuis hircos.Aduenisse igit̃ tēpus putatiōis ꝯſtat,
qm̄ cęrimonialia oīa & ſacrificia p̄ſente vero holo
cauſto Ieſu xp̄o(quē ſignificabāt)execta,legis vete
ris finitū,rigorem oſtendunt.Audita quoq; vox
turturis ī terra noſtra, imbres abijſſe cecinit.qm̄
ſuꝑ carnalē copulā in Maria virginitas exaltata,

prophetarũ oracula virgineo enixu cõpleta decla
rauit.Id quoq; ficus ꝓductis groſſis & vineę flo-
rẽtes reſperſo odore ſignificãt.Et bene ficus groſ-
ſos protulit,& vineę florẽtes odorẽ ſuũ,quia iu-
ſtos multos Iudęa tũc exhibuit,vt Annã,Zacha-
riã,Eliȝabeth,Symeonẽ, Annã prophetiſſam & in
nocẽtes oẽs,eluceſcente ſole iuſtitiæ,verũ fructũ,
ficus bonas,bonas valde in apl'is & apoſtolicis vi
ris,ac pręcoces vuas in martyrib⁹ & cęteris fidei
chriſtianę cultorib⁹ ꝑtendebãt.Ait igiť ſurge,pro
pera,amica mea,colũba mea,formoſa mea,& ve-
ni:ac cur hoc,ex ꝑteritis & pſentibus abſoluit.Se
cũdo etiã idipm repetit : vt ex replicatiõe firmior
fieret,& auguſtior ſuauitas inſpirationis & quæ
agẽda forẽt appoſitius edoceret. Hic autẽ aduer-
tẽdũ,quia prius inſertũ columba nõ ſuſtulit:ſed
diſtulit,& in ſequentis verſiculi caput cũ cęteris
eodẽ ſpectantibus retulit,obiter(niſi me cõiectu-
ra fallit)quid ad primã vocem in corde virginis
G actũ ſit inſinuãs. Surgere eñ,properare, & veni-
re mõnẽti (poterãt quippe iſta oĩa ſpũ & in ſecre
to cordis ĩpleri)colũba, maria eueſtigio reddiť,ſȝ
adhuc in foraminib⁹ petrę, ſȝ ĩ cauerna maceriæ
nequaq̃ ſecurũ tũc reputãs myſteriũ volatu libe
riori exprimere. Chriſto igiť ĩ foraminib⁹ petræ
colũba ipa efficiť,dũ hũanis affectib⁹ ĩ illi⁹ hũanis
ſȝ ĩterĩ ſecretſ ſenſib⁹,q̃ſi ĩ petrę foraminib⁹ geſtit
ꝑ grãrũ actionẽ,& laudãdi ĩpẽſiſſimũ votũ.Fit &
in cauerna macerię,qa in cęlis mẽte cõuerſans,&
angelicas perambulãs ruinas grãs agẽdo ꝓmere
nõ vereť,q̃ hũanis inſidijs ſi ſecus ageret,aperire
ꝑtimeſcit.Sed aliud xpi deſideriũ,aliud,vt ſequen
tia cõmonſtrant,inſpiratio ipſa depoſcebat.



## Cap.IIII.

Virgo benedicta ad deũ ſpecialius magnifican-
dũ inuitata, captis vulpeculis cãticũ Magnificat
exultabunda modulatur.

### Vox Chriſti.

OStende mihi faciem tuã, ſonet
vox tua in auribus meis. Vox
enĩ tua dulcis & facies tua de-
cora. Capite nobis vulpes paruulas q̃
demoliũtur vineas, nã vinea noſtra flo
ruit. ¶Vox Marię.Dilectus meus mihi
& ego illi,qui paſcitur ĩter lilia donec
aſpiret dies & inclinentur vmbrę.

¶Oſtende mihi inquit faciem tuã,ſonet vox tua A
in auribus meis:vox eñ tua dulcis,& facies tua
decora. Ac ſi dicat colũba in foraminibus petræ,
& in cauerna macerię hoc tu ſemp,quę in gratia
rũ actione & laudibus meis verſaris aſſidue, at
nũc & tẽpus & locus aliud exigit.Oſtẽde mihi fa
ciem tuã,ſonet vox tua in auribus meis. Aĩæ fa-
ciem ſecundũ quã deo manifeſti ſumus, intentio
nẽ prius diximus,quã ſibi oſtẽdi xp̃us deſiderat
vt per opus exterius,qđ intus recte gerimus, ad
aliorũ ędificationẽ eluceſcat. Vox quoq; noſtra in
aurib⁹ eius reſonat,ſi alios ad quod recte agim⁹
ſimiliter audendũ inuitãtes nõ nobis,ſed illi totũ
per gratiarũ actionẽ deputemus,a quo procedit
omne bonũ.Et bene faciem,deinde vocem audire
deſiderat,quia illũ non delectat ſtudium prędica

tionis,aut prolixitas orationis,ſi reclamet deformitas intētionis,quia tantū tunc dulcis vox dicitur,cū facies decora perhibetur , demulcetqꝫ vox orationis vel p̄dicationis , cū in oculis dn̄i decor elucet intētiōis. Porro virginē Mariā quā nulla labes fuſcauit originis , nullus fœdauit puluis, exactę cōuerſationis,facie decorā & intētiōe rectiſſimā nemo diffitebit̃,& nihilominꝰ toties inuitata,nec ſic quidē in cōſonā vocis dulcedinem foras erūpit . Mirabilis prorſus in tam alacri virgine laudū diuinarū cōperendinatio. Putas ne meditās vt columba,volantē ſuſpexit accipitrē, aut foraminibus p̄tenſum cōſpexit laqueum,aut quālibet ferā diſpexit inſidioſe incūbentē? Vidit plane, ſed nec xp̄m paruulū , & ſi puſillę ipſę,latere potuerūt. Ait em̄(materne haud dubio ꝯperendinatiōis cauſas inſinuās)capite nobis vulpes paruulas,q̄ demoliunt̃ vineas:nā vinea noſtra floruit, ſic & ī Luca nō prius in iubilū exultatiōis & vocē magnificationis virgo ſacrata proſiliuit,q̄ Elizabeth cōteſtantē audiret,ꝑficientur ea quę dicta ſunt tibi a dn̄o. Vulpina quippe herodis & principū,ſacerdotū Scribarū & Phariſęorū machinamēta ꝓuidebat,propter quos tantū ſacramētum in lucē edere futurorū gnara metuebat . Legerat em̄ & de illis dictū tenebat, paſtores multi demoliti ſunt vineā meā , conculcauerūt partē meam. Atqui xp̄s(ne tanti cantici ſolatio ſui fraudarent̃) Zacharię & Elizabeth cęteriſqꝫ p̄ſentibus loquutꝰ imminēs ꝓuenit ſecreta inſpiratiōe periculū. Ca-

B pite inquit nobis,mihi videlicet & matri, vulpes paruulas,quibus aſtus multus, ſed effectꝰ nullus;conatus ꝑtinax,ſed niſus inefficax, voluntas



demoliendi,ſed nō facultas exequēdi, demoliūtur em̄ vineas,flores innocētes excutiēdo.Illas igit̃ nobis capite vos,in quorū oculis vinea nr̄a floruit. Qđ vtiqꝫ tūc fecerūt cū a ſcīs velatū ſacramētū,ſibi autē id tp̄is reuelatū,ſecretū tenuerūt,nāqꝫ cū ex ſacerdotibꝰ eēt Zacharias,licet cęteri īterrogāti Herodi vbi xp̄s naſceret̃, ex ꝓpħa natiuitatꝭ locū ꝓdidiſſent, hic tn̄ horū oīm haud neſciꝰ nihil retulit. Ad necē in p̄mo vitę limine īnocētes q̄rebant̃ ſʒ nec ſic q̄dē(vt multos ſaluaret)vnū retexit. Dū igit̃ notū tacuit iſte myſteriū,&ſi nō reipſa p̄emit xp̄o tn̄ & ꝟgini vulpes cepit, vt eo āpliꝰ ꝓphetijs rebꝰ cōplēdis deſeruiret, q̄ callidius in vineā condeſęuire niterent̃. Nūc vero inſidiātiū vulpecularū ſublatis e medio terriculis,q̄d ꝟgo bn̄dicta ſuę cinuerit,audiamꝰ : dilectꝰ meꝰ mihi,& ego illi,q̄ paſcit̃ inter lilia,donec aſpiret dies, & inclinentur vmbrę. Re vera tenebroſa aqua ī nubibus aeris. dilectꝰ īq̄t meꝰ mihi , & ego illi. vocē cōſtat eē dilectę,ſʒ cui nō ita,ſʒ neqꝫ q̄d ipſi dilectꝰ, aut quid ipſa illi,aut poſtremo vnde paſcat̃ inter lilia. Verū enimuero ſi rebꝰ nomē ſuū Maria cōpleat,nō eſt quo vereamur nubiū ingredi ipſa duce caliginē. Vmbræ em̄ a facie ipſius ocyus inclinabūtur. Porro hoc genus ſermoni, finē Elizabeth fecerat, beata q̄ credidiſti,qm̄ ꝑficiunt̃ ea q̄ dicta ſunt tibi a dn̄o. Niſi me ſententia falſum habet, a xp̄o decapiēdis ſibi & matri vulpeculis ꝑ reuelationē ſecretius inſtructa,de q̄bus & virginē extēplo ſecurā efficit dicēs, ꝑficient̃ ea q̄ dicta ſunt tibi a dn̄o, acſi dicat,ne diſſimules, neqꝫ differas virgo deuota beneficium publica laude magnificare diuinum,tacebimus enim, & filio tuo ac tibi vulpes

paruulas capiemus. Tum virgo benedicta. Magnificat anima mea dñm. Et poſt pauca. Quia fecit mihi magna qui potens eſt. Itaq̃ videt̃ hoc de Salomonis fuiſſe ſententia in perſona virginis Dilectus meus mihi magna fecit, qui potens eſt, & ego illi gratias ago, magnificat em̃ aĩa mea dominũ. Dilectus inquã meus mihi magna fecit, cũ reſpexit humilitatẽ ancillę ſuæ, & dei matrẽ fecit & virginẽ: & ego illi nõ gratias tm̃ in pręſens ago verũ etiã tũc exultauit ſpũs meus in deo ſalutari meo. Qui paſcitur ĩter lilia donec aſpiret dies, & ĩclinent̃. Vmbrę virgini quot virtutes tot lilia fuiſſe, inter quæ clauſus eius in vtero Chriſt⁹ paſcebat̃, aſſererẽ, donec aſpiret dies natiuitatis, & rebus cõpletę inclinent̃ vmbrę legis & prophetarũ. Atqui virginis canticũ, etiã aliud interp̃tamẽtũ efflagitat, ait em̃, Et miſericordia eius a progenie in progenies, timentibus eũ. Fecit potentiã in brachio ſuo, diſperſit ſupbos mẽte cordis ſui, Depoſuit potẽtes de ſede, & exaltauit humiles, Eſurientes impleuit bonis, & diuites dimiſit inanes, Suſcepit Iſrael puerũ ſuũ recordat⁹ miſericordię ſuę, Sicut locutus eſt ad patres noſtros, Abrahã & ſemini eius in ſecula. Quę oĩa, ſi non pigeat attendere, in eo qđ ait Salomon, licet obſcurius, & quaſi in vmbra recõdita obtuebimur. Vir enim herbarũ peritiſſim⁹, q diſputauerit a cedro quæ eſt in libano, vſq̃ ad hyſopũ q̃ egredit̃ de pariete multa, ſi excutientur ſub lilij huius inuolucris

D obtexuit. Ait aũt qui paſcitur inter lilia, hauddubium q̃n Chriſtus: ſed quæ ſint iſta lilia, & inter lilia q̃bus paſcatur ipſe, ſtudioſius eſt conquirẽdum. In lilio tria occurrũt, Radix, ſtipes, & flos.



Porro radicẽ mihi inſinuaſſe videt̃ virgo ſapientiſſima & ęnigmatũ peritiſſima cũ ait, Et miſericordia eius a progenie in progenies timentibus eũ. In radice em̃ liliũ duo exhibet, pilos ad ima & ſurculos in ſquamarũ figurã ad ſupna reſpicientes. Sic & timor per quẽ declinat oĩs a malo pœnam in primis attendit, & infirmũ ex vna parte, ex altera vero vt poſſit iuſtificari, iuſtum iudicem deũ, ſed patientẽ multũ & miſericordẽ quem offendit: ſic aũt p̃prię iniquitatis fimo & terra obuoluto, ac mole timoris preſſo, iuxta Marię promiſſum, ſuperuenit ros miſericordiæ terram laxans, & fimũ immutans, vt pilis veluti neglectis primũ in folia, deinde in ſtipitẽ ſurſum germinet iuſtificatus ſicut liliũ. Folia dixerim memoriam beneficiorũ dei: eorũ maxime q̃ oĩb⁹ bonis & malis, peccatoribus & iuſtis, fidelibus & infidelibus, p̃miſcue pſeuerant, ex quibus ad memoriã reuocatis, amplius erubeſcit tã potentẽ dominũ, & tã miſericordẽ indigna offenſa exacerbaſſe. Hic diſperſis inquietis & ſupbis motib⁹ mẽte cordis ſui, & pulſis potẽtibus de ſede, ſurſum erũpit radix eius vt libani, & cũ verę humilitat ſtipite eo editius ſuccreſcente, quo profundius radicẽ fixerit, deo opifice, in florẽ exaltat̃ humilis iuſtitiæ: eius eſuriẽ replet bonis altiſſimus, q̃n ſuper humilem & quietũ & tremẽtẽ ſermones ſuos ſeptẽplicẽ ſpm̃, vice ſeptẽ aureorũ granorũ iubet ĩ medio lilij requieſcere. Inter hæc inquã lilia paſcitur & deliciatur, q inter ſpinas patitur: cuius delicię ſunt eſſe cũ filijs hominũ. Sed em̃ quibus paſcat̃, nõ aliunde cõmodius ſciſcitandũ puto, q̃ ab ipſo, ait aũt: meus cibus eſt vt faciã voluntatẽ ei⁹ qui

miſit me:quã vero aliã patris voluntatẽ ꝓpoſito cõgruẽtiorẽ dixerim, niſi miſericordiã eiꝰ reqeſcere,ſup timẽtes eũ,& in brachio ſuo.i.filio diſpergere ſupbos mẽte cordis ſui, deponere potẽtes de ſede,& exaltare humiles,eſurientes replere bonis & dimittere diuites inanes,donec aſpiret dies glorię,& ĩclinent vmbrę mũdanę miſerię,donec aſpiret dies lucis indeficiẽtis,& inclinent vmbrę congenitę cęcitatis humani cordis,donec aſpiret dies ęternitatis,& inclinentur vmbrę p̄ſentis mortalitatis,ſicut futurũ recordatus dñs miſericordiæ ſuæ,cũ ſuſciperet Iſrael puerũ ſuũ, loquutus eſt ad patres noſtros,Abrahã & ſemini eiꝰ in ſecula.

## Cap.V.

¶Agit de regreſſu virginis ab Elizabeth, de trepidatione,& ęſtuatione animi ſancti Ioſeph,cũ pręgnantẽ dep̄hendit,& de virginis ꝓ hac re ſollicitudine,ac tãdẽ de ãgelica ad Ioſeph facta apparitiõe.

### Vox Mariæ.

REuertere,ſimilis eſto dilecte mi capreę hinnuloq; ceruorum ſuper montes Bethel. In lectulo meo per noctes quæſiui quem diligit anima mea. Quęſiui illum & non inueni.Surgã & circuibo ciuitatẽ p vicos & plateas,q̃rã quẽ diligit aĩa mea. Quęſiui illũ & nõ inueni:inuenerũt me vigiles qui cuſtodiunt ciuitatẽ.Nũ quẽ diligit anima mea,vidiſtis?



A ¶Reuertere,ſimilis eſto dilecte mi capreę hinnuloq; ceruorũ,ſup mõtes Bethel.Iſtud fere euolutis trium menſiũ diebus Lucas impletũ nunciat dicens.Manſit Maria cũ illa quaſi mẽſibus tribꝰ, & reuerſa eſt in domũ ſuã. Chriſti quippe natiuitatem in Bethleem fore prædocuerat quidam dicẽs:Et tu Bethleem terra iuda,nequaq̃ minima es in principibus Iuda, ex te enim mihi exiet dux, qui regat populum meũ Iſrael, & Abraham (vt cæteris interim ſuperſedeam)filiũ ſuũ immolaturus,cõſummationẽ eius in terra viſionis p̄figurat.vt igit ſup mõtes Bethel capreę hinnuloq; ceruorũ filiis fieret, de domo Zacharię ad ꝟginis votũ & motũ redire, cõſecrato p̄curſore debuit cœptũ aſſumptę nr̃æ mortalitatis ſtadiũ in Bethleẽ B Hieruſalẽ & cæteris locis, iuxta viſa patriarcharũ & ꝓphetarũ vaticinia,q̃ hic p capreã hinnuloq; ceruoꝝ ſignificant,abſoluere. Atq; cũ domũ virgo bñdicta reuertiſſet,anteq̃ cõuenirent (erat eñ deſponſata mater Ieſu Maria Ioſeph) inuenta eſt in vtero habẽs de ſpũ ſancto. Ioſeph aũt vir eius cũ eſſet iuſtꝰ,& nollet eã traducere,voluit occulte dimittere eã, quid eñ ageret?grauidã videbat, quã nõdũ cognouerat,ſi retinet,qđ nõ eſt de matrimonio,ſuſpectum eſt de adulterio,ſi traducat quã alioquin ſciret eſſe integerrimã, timet de homicidio,cum ſibi non conſtet de adulterio. voluit itaq; vir iuſtus occulte dimittere eã, ne contra legẽ aut inſontẽ & inculpatã proderet, aut adulteram retineret.Adhęc ſi nõ erat de adulterio, diuinũ prorſus oportuit eſſe, qđ nõ erat de matrimonio.eã igitur voluit occulte dimittere,cui vir iuſtus ob reuerentiam cohabitare nõ audebat,

nec propalã a ſe ſeiugare. Interea virgo benedicta virũ hoc myſterio nõdũ imbutũ,pauore atq; ancipitis cõſilij eſtu fluctuantẽ perſpiciens, ad filiũ cõuertit,vt ſua volũtate initũ matrimoniũ, ſua benignitate & ſancti ſui ſpũs paracleſi a perturba
C tione aſſereret. Ait ergo. In lectulo meo p noctes queſiui quẽ diligit aĩa mea. Cur p̃cor in lectulo q̃rebat,quẽ geſtabat in vtero. Sed quem in vtero p aſſumptã humanitatẽ,in lectulo habere deſiderabat p p̃ſentẽ conſolationẽ: & rite quidẽ p lectulum virginis Marię & ſancti Ioſeph matrimonium,& non p lectũ Salomon explicuit. lectus eñi nõ fuit,qui maritalẽ copulam non admiſit.lectulum tamẽ ibi fuiſſe nullus inficiabit,vbi fides,qa nullũ adulteriũ:vbi ſacramentum,qa nullum diuortiũ:& vbi prolẽ legit,qa in eo natũ dei filium. Queſiui illũ & non inueni,geminatũ q̃rendi ſtudium,iteratos cõflictantiũ cogitationũ turbines, & noctes multiplicatas inſinuat. Surgã & circuibo ciuitatẽ,p vicos & plateas querã quem diligit aĩa mea. Conſulte omnino.ſic eñi & auus eius Ioſaphat,cũ ignoramus qd agere debeamus,hoc ſolum habemus reſidui,vt oculos noſtros dirigamus ad te. Cum igitur myſteriũ viro ſuo fateri nõ auderet,ne cõfictũ culpã putaret adumbrare mendacio, ad deũ cõuertit vnicũ deſperatarũ rerũ portũ & anchoram:ciuitatẽ circuit, nõ terrenã,ſed cęleſtẽ,& p vicos ac plateas mẽte luſtrãtes, inter minores & p̃cipuos ſpũs, miniſterio deputatos,ppter eos q hęreditatẽ capiũt ſalutis,quẽ diligit deuota reqrit,nec inuenit. Volebat.n.dñs viri ſancti,ſicut olim Ioſeph patriarchę in Aegypto (quẽ hic virtute referebat & noĩe)caſtitatem igne



tribulationis concoqui, & huberius excląreſcere, & probato conflictu approbare tolerãtiam,& ardentẽ matris ſuę charitatẽ ſtudijs cõpaſſionis exercere.Inuenerunt me vigiles q cuſtodiunt ciuitatem. Sunt enim iuxta quoſdã inter ipſos ſuper- D
nę ciuitatis ſpũs aliqui,qui ad exteriora nũq̃ mittunt, vnde & Daniel:mille milia miniſtrabãt ei, & decies milies cẽtena milia aſſiſtebãt ei.Hos igit veluti cuſtodes ciuitatis, nunq̃ ab eius latere ſecedẽtes virgo in diſtrictiſſima perplexitate rogat. Nũ quẽ diligit aĩa mea vidiſtis?deũ vtiq; cui ſum p aſſiſtũt,& quo beante ſunt beati, nõ videre nephas habẽt.Vnde & hic nec deũ,nec dñm appellat verũ certo p̃dicato circũſat, q̃rit & interrogat,nũ quẽ diligit aĩa mea vidiſtis,vt determinatę q̃ſtioni cõueniẽs reſponſio,q̃rẽtis deſiderio huberius ęquaret paululũ cũ ptrãſiſſem eos, inueni quẽ diligit aĩa mea. Vt.n.illa trãſcẽſis beatorũ ſpirituũ ordinib⁹,ſummã maieſtatẽ victrice orõnis energia aſſecuta eſt,in cõmiſerationem deflexit.Et ſtatim ecce angelus dñi apparuit in ſomnis Ioſeph dicẽs,Ioſeph fili Dauid,noli timere accipere Mariam cõiugẽ tuã.Qđ.n.in ea natũ eſt,de ſpũ ſancto eſt.pariet aũt filiũ,& vocabis nomẽ ei⁹ Ieſum.Ipſe eñi ſaluũ faciet ppl'm ſuũ a pc̃tis eorũ.Satiſfactionẽ hãc angelica dignã pũidẽtia haud abſurde cenſueris,p quã qcqd vno iuſto ſiniſtrę ſuſpiciũculę obrepere potuerat,eluit. Fieri eñi fortaſſe potuit,vt iuſtũ horror quateret ſuſpecti adulterij, qđ in ea natũ eſt inqt,nõ aliũde,aut de adulterio ſed de ea eſt operãte ſpũ ſancto. Aut forſitã aliqd paſſus ſilẽ cũ Petro,humiliter & reuerẽter quaſi indign⁹ cedere,tantiq; myſterij rẽ diuino opificio

ſinere in aĩo habuit. Fili inquit Dauid, noli time=
re, acſi dicat, cogita te filium Dauid cui legitur fa
cta de naſcituro Chriſto repromiſſio, & iã nõ ti=
mebis, velut tibi debitã, accipere Mariã coniugem
tuã. Tibi deniq; ad cumulũ benedictionis, fiduti=
amq; ſacramenti nato conceditur indere nomen,
vocabis nomẽ eius Ieſum, ipſe enim ſaluũ faciet
ppl'm ſuũ a peccatis eorum. Noli itaq; recedere, ſi
non vis perire: nam ſi receſſeris, ppl'o ei⁹ quẽ ſal=
uum faciet annumerari non valebis.

## Cap. VI.

¶ Agitur de perſeuerantia p̃miſſę cõſolationis, de
angelica cuſtodia, & natiuitate Saluatoris.

### Vox Mariæ.

PAululum cũ pertranſiſſem eos
inueni quẽ diligit anima mea.
Tenui eum, nec dimittã donec
introducam illũ in domũ matris meæ,
& in cubiculum genitricis meę. ¶ Vox
Chriſti. Adiuro vos filiæ Hieruſalẽ ne
ſuſcitetis, neq; euigilare faciatis dilectã
donec ipſa velit. ¶ Vox angelorũ. Quæ
eſt iſta quę aſcẽdit per deſertũ ſicut vir
gula fumi ex aromatib⁹ myrrhę & thu
ris & vniuerſi pulueris pigmentarii.

A ¶ Tandẽ abſterſis inſcitiæ myſterij hui⁹ tenebrꝭ
euulſiſq; ſuſpitionũ, moleſtiſſimarũ ſpinis lętitię
innouatrix lux noua diuinit⁹ exorit. Tũ illa ſecũ



paululũ cũ ꝑtrãſiſſem eos, inueni quẽ diligit aĩa
mea. Paululũ inqt cũ ꝑtrãſiſſem eos. Nã ad virũ
ſctm̃ angelus tũc, & nõ ad illã deſtinabat, quã ꝑ ſe
exhilarare ſerenatoq; mẽtis habitu cõfirmare, ſo=
lus pluſq̃ ſufficiebat, volebat, & debebat vnigenit⁹
ei⁹ vt q veniẽs, euãgelizabat pacẽ, his q lõge, & his
q ꝓpe, in primis eandẽ pacẽ ſolidius mr̃i ſtatue=
ret, & de imminẽtibus, ne incautã acerbius feri=
rẽt, ſecretius inſtrueret, vnde & illa. Tenui illum
ꝑ p̃ſentẽ conſolationẽ, nec dimittã per tribulatio=
nis noctẽ ſupuenientẽ, donec introducã illũ in do
mũ matris meę ꝑ circũciſionẽ, & in cubiculũ geni
tricis meę ꝑ legalẽ in tẽplo oblationẽ. In circũciſio
ne.n. ꝟginẽ nõ mediocriter afflictã exiſtimare eſt
cũ effuſo in mũdi p̃ciũ p̃cioſiſſimo vnigeniti cruo
re, exectaq; illius de viſceribus ſuis ſumpta car=
ne, inter non æſtimabiles angores vidit ſuum &
immaculatũ dei filium, iamiam quæ non rapue=
rat exoluere. In templo autẽ nõ mediocriter affli
ctam nemo inficias ierit, cui verba Simeonis ad
eandem nõ exciderint. Ecce inqt poſitus eſt hic in
ruinam, & in reſurrectionẽ multorũ in Iſrael, &
in ſignũ cui cõtradicet: & tuã ipſius animã dolo=
ris ꝑtrãſibit gladius. Quis em̃ eatenus illã duro
corde fuiſſe exiſtimet, vt in tantorũ dolorum prę
cognitione, ſenis prophetæ oraculo in os nũciata
deneget, veluti iamiam ancipiti gladio ſautiã, ve=
hemẽti ſpũ penit⁹ ĩgemuiſſe, & ſi nõ ſuijpſius gr̃a
at filij ſibi charitate ꝓpria carioris, & ppl'i ſui diſ
crimine mltiplici, tũc q̃ſi ſub oculis fatidica p̃nũ=
ciatiõe coniectis. Crede mihi, ex ĩtimis paſſuro fi
lio ſępi⁹ cõpaſſa eſt, nedũ patienti, ſed hunc matri
iugiter ĩpendẽtẽ dolorꝭ gladiũ, voluit chariſſim⁹ B

eius vnigenitus crebrius,ne nimiũ ſęuiret mira
diſpenſatione ceu vagina quadã contegi,aliquãdo
plus,aliquãdo minus, myſteriorũ conſideratio-
ne,noſtrę ſalutis maternęq; cõmoditatis ratione
habita. Vnde etiã nũc mihi de eo mãdare angelis
viſus. Adiuro vos ait filię Hieruſalẽ,per capreas
ceruoſq; camporũ,ne ſuſcitetis neq; euigilare fa-
ciatis dilectã,donec ipa velit. Pręmiſſis eñ aduer
ſum exiſtimari nõ debet,ſi ſuperius chriſtianos
hic vero angelos, per filias Hieruſalẽ deſignatos
interp̃tamur. Aliter quippe iſti,aliter illi, hoc no
C mine cẽſentur:illi nãq; ſpe,re autẽ iſti. Qui ꝑ ca-
preas ceruõſq; camporũ merito ne virginẽ ſuſci
tent,adiurãtur:vt quæ patriarchis & prophetis
in vernãtibus antiquarũ ſcripturarũ campis,eo
rũ miniſterio de Chriſti incarnatione patuerũt,
rebus cõpleantur. Suſcitarẽt autẽ, niſi ſolertius
iuxta creditam ſibi prouinciam,aut contrariarũ
poteſtatũ,aut etiã hominũ ſuſpecta machinamẽ
ta a virgine propulſarẽt:quã qui in pace locũ, &
tẽpus pacis naſciturus elegit,tanta externę,inter
nę,& ſupernę pacis, tranquillitate perfrui inſti-
tuit,ne leuiſſima ſaltẽ aut hominũ ſuſpitiõe,aut
malignorũ ſpirituum cuniculis,a ſupernę pacis
contẽplatione tepeſceret, quę ſeſe orbi latius exere
bat vniuerſo. Vnde & ex ipſis quidã. Quę eſt iſta
quę aſcẽdit per deſertũ,ſicut virgula fumi ex aro
matibus myrrhę & thuris & vniuerſi pulueris
pigmẽtarij? Permagnificę & eruditionis & ſancti
monię viris atteſtãtibus,vna quęq; anima habet
ab ortu natiuitatis in cuſtodiã ſui angelũ delega
D tum. Euntibus igitur(vt ad cęſaris edictũ ſingu
li profiterẽtur)in ciuitatẽ ſuã vniuerſis,aſcendit



& Ioſeph a galilea de ciuitate Nazareth,in Iudęã
ciuitatẽ Dauid,quę vocatur Bethleem,eo ꝙ eſſet
de domo & familia Dauid , vt profiteretur cum
Maria deſponſata ſibi vxore pręgnãte,quã vt cæ-
terorũ ſuperuenientiũ cuſtodes angeli ſuſpexere
cũ ſancto Ioſeph veniẽtem,contra cæterarũ morẽ
fœminarũ tantã, imminente partu illius & men
tis & corporis ęqualitatẽ, necnon impturbatam
viriũ vniuerſarũ harmoniã,inuſitata cũ admira
tione proclamãt. Quę eſt iſta quæ aſcẽdit nõ cor-
poris greſſu dũtaxat verũ animi etiã nõ intermiſ
ſo profectu,ac prouectu(ſpirituũ eñ eſt ſpirita-
lia dignoſcere)neq; nõ externę internę ac ſupnę pa D
cis beneficio luculẽter dotata,per deſertũ cęleſtem
trãſit ad numerũ. Siue eñ per deſertũ corrupti-
bilis carnis ſterilitatẽ tentationũ ſpinis obſitam,
ac tribulationũ tribulis ęrũnoſam intelligas: Si-
ue mundũ in maligno poſitũ: & ad omne æternę
vitę opus reprobũ. Siue Iudęã tũc tẽporis regnã
te alienigena ſceptro proprio orbatã, per iſta oĩa
ꝟgo deipara aſcẽdit, hiſtorica qdẽ fide in Bethleẽ
cũ cęteris,nullo vicini partus pondere,nulla cor
poris ignauia,nullo cordis faſtidio, nulla animi
deſidia vulgariũ parturientiũ ritu, morã paſſa.
Sed eñ,ſpũaliter ſi ↄſideres,multo rectius multo
expeditius,multo felici⁹ aſcẽdit:vtpote ſicut vir-
gula fumi ex aromatib⁹ myrrhę & thuris,& vni
uerſi pulueris pigmẽtarij. Non niſi vi pręſentis
ignis in fumũ liquãtur aromata,q ꝗto vehemen
tior affuerit,tãto ſubtiliorẽ,puriorẽ, flãmę vici-
niorẽ,& odore florulentiorẽ reſoluta exhalãt. Sic
igne cęleſti in arula virginis incluſo,ſed ſcintillan
te,ſed exardeſcente,ſed erumpere geſtiẽte,tota in

ſubtiliſſimũ ſpiritualium aromatũ fumũ ſolue-
batur,& ad tantã cęleſtiũ ſecretorũ contẽplationẽ
(vt creditu par eſt) myſticis aſcẽſionibus in cor-
de ſuo diſpoſitis ferebatur quãtum nec enarratu
nec cogitatu quidẽ aſſequi vlla poſſit exquiſitiſſi-
ma hũani ingenij felicitas . Si ẽm in triſtitia cõ-
nixę,iuxta veritatis euãgelicũ oraculũ, nõ memi
nerũt preſſurę propter gaudiũ: quia natꝰ eſt ho
mo in mũdo,quãto magis virgo puerpera , ſʒ in
partu doloris expers,vt in conceptu oĩs prorſus
inquinamẽti exors,gaudere,lętari, & exultare de
E buit,qa natus eſt deus homo. Aſcẽdit itaqꝫ ꝑ de-
ſertũ corruptibilis carnis, ſicut virgula fumi ex
aromatibus myrrhę, nulla corruptibilis corpo-
ris mole aggrauata , ſed veluti myrrha optima
prędita ſobrietate,& cõtinẽtia, quę facit eſſe proxi
mũ deo,& fœcũda ꝟginitate , ferebaꝛ pace exterio
ri gaudẽs eo magnificẽtius , q̃ ob partũ nullis va
nis deſiderijs erat alijs oneroſa,in cęterarũ morẽ
quarũ longa tędia ſępe releuare vix poſſunt lon-
ginquę regiones & maria, adeo inuincibile eſt le-
uiſſimorũ ciborũ huiuſmodi carũ inquietũ deſi
deriũ. Aſcẽdit inſuper per deſertũ mũdi calcatrix,
blanditiarũ eius, internę pacis & ꝓprię cõſcientię
teſtimonio nixa pro vehiculo , ſicut virgula fu-
mi ex aromatibꝰ thuris. Quis ẽm peregrinã in
Bethleem nullus hoſpitio exciperet, nullus reci-
peret,nullus dignaret,ſed forte procaciſſime qſqꝫ
deſpiceret,illa ſurſum ꝓſpectãs in cęlũ per oratio
nis iuge ſacrificiũ aſpirabat, feſtinabũda apoſto-
lũ pręueniens,qui illam ſequutus ait noſtra cõ-
uerſatio eſt in cęlis. In ſumma aſcendit & per de-
ſertum Iudęę ſicut virgula fumi ex aromatibus



vniuerſi pulueris pigmentarij, ad ſupernam pa
cem qa quicquid in puluere terrę Iacob,& in ſtel
lis cęli ſtirpis Iſrael,ęnigmatibus,figuris,prophe
tijs,& epyphanijs,hebraico populo eſt repromiſ
ſum,hodie virgo beatiſſima ſpũaliter vidit , lęta-
bũda geſtauit,& mũdo citra immũditiã dolorẽqꝫ
peperit.Peperit ẽm nobis pacẽ, nõ externã tm̃,nõ
internã tm̃, ſed etiã ſupnã & æternã filiũ ſuũ pri-
mogenitũ,q̃ in cęli & q̃ in terris ſunt pacificantẽ,
quem pannis inuoluit,& reclinauit in præſepio,
quia non erat ei locus in diuerſorio.

## Cap.VII.

Agit de ſollicitudine duplici angelorum in ſtu
diũ & cauſam noſtrę ſalutis,ob tam mira & pæ
ne incredibilia exurgente.

### Vox Angelorum.

IN lectulũ Salomonis ſexagin-
ta fortes ambiũt ex fortiſſimis
Iſrael oẽs tenẽtes gladios & ad
bella doctiſſimi:vniuſcuiuſqꝫ enſis ſup
femur ſuũ propter timores nocturnos.

¶Interea ſupernos ſpiritus,propter eos qui hę- A
reditatem capiunt ſalutis in miniſterium miſ-
ſos,& vndequaqꝫ cũ ſuis imperatorię deſcriptio-
nis gratia concurrentes,vt viderũt ſolis ortum,
virginis partum,vitę principiũ,mũdi redempto
rem,inferni depopulatorem,ruinarum ſuarum
inſtauratorem,deum hominem in pſepio vagiẽ-
tem,& hominem deum cęlis imperantem,ingens

tenuit lętitia,exultatio,gratiarũ actio,& vox lau
dis,ſed nõ minor pro ſuis ſollicitudo, imprimis
ne mũdo natus,mũdo datus ad ſalutẽ, non reci=
pientibus & nõ credẽtibus, ſed cõtradicẽtibus fie
ret ad ruinã:dum ipſorũ quidam corporis imbe
cillitatẽ,vagitus pueriles,primordia infantię,in=
cremẽta corporea,& paſſionũ vſq; ad crucẽ mor=
tẽq; anguſtias naturales,cęteraq; hoc genus,quę
indubitatã verę humanitatis fidem aſtruunt,cõ
tractius intuentes,virginis partũ diffiterentur,
& nihil ipſum amplius q̃ hominis filiũ crederẽt.
Alij cõtra per originis nouitatẽ, inuſitata a cõdi
to ęuo miracula,dictorũ factorũq; conſtantiã, &
teſtificãtiũ authoritatẽ,verę diuinitatis exactam
rationẽ colligentes, nihil illi putarẽt noſtrę ineſſe
naturæ,ſed ex ipſa verbi ſubſtãtia quiddã in car=
nẽ fuiſſe cõuerſum blaſphemarẽt,aut cęleſte cor=
pus attuliſſe,vel etiã phantaſticũ habuiſſe,hęreti
B cę impietatis delyramẽta mẽtirentur. Poſtremo
haud abſimili ſollicitudine obſtringebantur,etiã
ſi omnes(qđ in homine natura corrupto, & igno
rãtia degrauato difficile videbatur) ęquis pedib⁹
in eãdem fidei ſentẽtiã properarent,ne quis tñ cre
dere ſatis poſſet,æternũ,ſub tẽporis rationẽ deſcẽ
diſſe,atq; antiquũ dierũ vnius effici diei,omnipo
tentẽ deficientẽ, creatorem creaturã, filiũ ſummi
regis filiũ factũ paupercułę mulieris. Ad hæc ne
quis euãgelizantiũ omnino affirmare auderet eũ
qui ſolem veſtit lumine & cælũ ſideribus,pannis
inuolui vilib⁹, q paſcit vniuerſa lambere matris
vbera,qui portat omnia verbo virtutis ſuæ alio
portãte fulciri,& qui angelis in cęlo ſedẽ dedit ho
mini in paradiſo,viuentibus in elementari loco,



ignobili tegi tugurio,& abiecto in p̃ſepio reclina=
ri:quia nõ erat ei locus in diuerſorio.Demũ pijs
quoq; auribus inquiũt apprime durũ videbitur
ſapientiã fieri infantem, oẽs beatificantẽ miſerijs
eſſe obiectũ, per quẽ omnia viuũt mortalẽ effici,
impaſſibilem pati,& ſanitatẽ infirmari. Sed hanc C
vtrãq; eorũ difficultatem (non eñ incarnationis
& dñicę paſſionis circũſtantias, ſingulorũq; tam
abſtruſi myſterij articulorũ exactiſſima quæq;
veſtigia oẽs angeli primitus nouerãt) ſupni ſpi=
ritus ꝟginis indiuidui comites gnari myſterio=
rũ,& futurorũ conſcij,late profuſis gaudijs diſ=
ſoluunt,dũ q̃ de ſuperbenedicta dñicę incarnatio
nis diſpẽſatione per theophanias diuinitus acce=
perant,illis per cõicationem diuini luminis pen=
dunt. Alterã hic. En lectulũ Salomonis alterã ibi
ferculũ fecit ſibi &c. Gaudijs inquiũt veſtris, qđ
ad prioris difficultatis rationẽ pertinet,nihil de=
cerpere debuit impugnãtiũ ſacrilega & ſuſpecta
pertinacia,quib⁹ tã locuples repugnãtiũ peritia, D
robur,& apparatus,victoriã pollicet̃. En lectulũ
Salomonis ſexaginta fortes ambiũt,ex fortiſſimis
Iſrael,oẽs tenentes gladios, & ad bella doctiſſimi.
Fortes ex fortiſſimis Iſrael doctores ſunt,marty
rũ fidem & apoſtolorũ cõſtantiã imitantes,qui a
legis peritia operũq; perfectione haud ſane imeri
to in ſexagenarij numeri rationẽ myſtice conue=
niũt.Per ſenarium eñ omne p̃fectę operatiõis tẽ
pus,& per denariũ legis ſummã vitę author in=
ſtituit.Sex autẽ ſi per decem ducimus, ſexaginta
fiũt.Qui igit̃ vitę p̃fectionẽ quã ſtudioſę actionis
exercitio tenẽt,pręd icãdę legis officio in alijs mul
tiplicant,ſexagenario numero fortes ſunt,ꝗa quę

verbo docent,exemplo repręſentant: & hi veri Sa
lomonis Ieſu Chriſti dñi noſtri ꝑ ſanguinẽ cru=
cis ſuæ,quæ in cęlis ſiue quę in terris ſunt pacifi
cantis,lectulũ ambiunt,nimirũ tẽporalem ortũ,
nõ virili ſemine ſed myſtico ſpiramine prodeun=
tẽ.Ambiũt autem,ſpũales verſatiles,ancipites, ac
vtriuſqꝫ teſtamẽti lima peracutos, tenentes gla=
dios,ad bella doctiſſimi, & oẽm altitudinẽ extollẽ
tẽ ſe aduerſus ſcientiã dei deſtruere parati.Recte
etiã propter timores nocturnos, inſidioſiuſqꝫ de
ſęuientẽ hęreticorũ cęcitatẽ,vniuſcuiuſqꝫ enſis ſu
per femur ſuũ eſſe narratur:vt pugnãdi & cau=
ſam,& diſciplinã,ex pugnãtis habitudine diſcere=
mus. Alterũ angelicę ſollicitudinis pondus pote=
E rãt abunde ſubmouere,mũdo oſtẽſa naſcẽte xp̃o
miracula.Vt em̃ a tenerrima infantia,carnis in=
firmitate,vagitibus,pannis,pręſepio,lactis potu
& neceſſarijs matrꝫ obſequijs,aſſumptę humani
tatis certiſſimis indicijs imprę ſentiarum ſuperſe
deam:Lux cęlitus effuſa,angelicus ſupernę pacis
nũcius,feſtiuiſſimus militię cęleſtis concẽtus, no
ui ſideris fulgor magis pręradiãs ductor, & per
ꝓphetã ꝓſcriptꝰ bouis & aſini gratioſus famula=
tus,lucis fontẽ,pacis largitorẽ, regem angelorũ,
creatorem cęlorũ, & rerũ omnium moderatorẽ,
loquebãtur cui miniſteria ſua tam ſtupẽdis prę
ter naturã ſeculorũqꝫ memoriã officijs penſita=
bãt.Sub hęc tres ſoles (ſi quid talia narrãtes me=
rẽtur fidei)ſenſim in vnũ confluentes eadẽ die in
oriente viſi,triplicis ſubſtãtię in vnitatẽ perſonæ
cõcurſum arguiſſe crediderim,tũc em̃ naturę no
ſtrę primitias Chriſti corpus & aĩam ob cõmu
nicationem idiomatũ,ꝑſonalem eorũdem ad ver=



bũ vnionem conſequẽtem,appoſite ſatis deſigna=
tas,per duos ſoles, ſicut & ipſius diuinitatẽ per
vnum facile exiſtimem. Porro hanc naturæ no=
ſtræ exaltationem Romanis quoqꝫ portẽdit fons
aquę in oleum conuerſus,& totũ diei integrę tẽ=
pus ad tyberim vſqꝫ profluens. Cæterum pacis
tẽplum ibidem in virginis partum duraturum
tunc corruens. Et in aere quouſqꝫ virgo pareret
arte ſatanica librata ſtatua tunc decidens, vir=
ginem peperiſſe docuerũt. Vt nihil dicam,de im=
puriſſimorum ſodomitarum exitio in omnimo
dę puritatis partu virginali toto orbe celebrato,
aut de ægypti idolis dijs falſis paulo mox vero
ex virgine deo nato corruentibus . Sed engaddi
quoqꝫ tunc florentes vineas, & mundo vniuerſo
cęleſte balſamum, de virgine ſine clauſtri virgi=
nalis iniuria ſudantes pręteriens,Veniã ad Octa F
uium quẽ octouianũ vulgo appellitãt, cui cum
ob diuturnioris pacis ſucceſſum egregiaqꝫ in rẽ
publicã merita, Romani aſtipulante ſenatus au
thoritate diuinos honores viuo decernerent. Ille
in communem ſibi ex ęquo cum cæteris morien
di caſurumqꝫ humanorũ neceſſitatem,verſo men
tis intuitu , primo ſtatim obiectu abhorruiſſe
fertur.Atqui nihil tam abſurdum quod nõ poſ=
ſit dicendi importunitate ſuaderi. Eorum itaqꝫ
pertinaci expugnatus inſania Sibyllam conſu=
luit,vtrũ mũdo quiſꝗ impoſterũ maior ipſo na=
ſceretur. Cui illa precibus & oraculis longo iam
æuo imbuta , tandem ipſa dominicæ natiuitatis
die , aere ſereniſſimo & aureo circulo circa ſo=
lem apparente . Cum inibi infantem Chri=
ſtum virgineo in ſinu commonſtraſſet,tum vox

de cælo inſonuiſſe dicitur, hęc eſt ara cæli,& ſibyl
la ad Cęſarẽ,hic puer maior te eſt, & ideo ipſum
adora. huius ſane rei locupletiſſimã facit fidẽ ſe-
culis oĩbus poſteritatis, cubiculũ imperatoris in
beatiſſimę virginis baſilicã verſum,q̃ vſq; in ho-
diernũ diẽ ſancta Maria ara cæli nũcupatur. Tũ
G Imperator mane in publicũ egreſſus ſuas a po-
pulo ſalutationes & applauſus quib9 dñs vocaba
tur compreſſit,ac ſanxit edicto,ne qs ſe dñm poſt
ea vocaret,nimirum qa verus dñs ac monarcha
mũdi totius nouo eſſet partu edit9. Horũ oĩm fi
dẽ apud authores eſſe velim pios qdẽ ac ſanctos.
Sed ſi vera ſunt,magna ſunt,atq; ſane id genus,
quę merito poſſent oẽm angelicę ſollicitudinis cũ
ctationẽ excludere,niſi originalis cęcitas,ignoran
tię lãguor,ac quorũdã ꝓterua malignitas, & ęter
nis paſta calũnijs vafrities,nullo fine obluctarẽ-
tur. E cuiuſmodi hominũ nota fuere, q cauſarũ
alias nugas cõmẽti,nunq̃ hęc ad rei pſentis argu
H mẽta recepiſſent. Propterea ſupni ſpũs oẽm ſolli-
citudinẽ amputare cõnixi,ſolatiũ aliud & ipſum
longe efficaciſſimũ in mediũ pferũt. Ferculũ(in-
quiunt)fecit ſibi rex Salomon de lignis libani, co
lumnas eius fecit argenteas &c. Quorundã ad ſe
oculos acrius pſtringunt vtilia,quidã citius rei
voluptate pelliciunt. Precioſum igitur ferculũ
iſtud fecit Salomon & pulchrũ, vt p ipſũ oculis
illatus mortaliũ,& iſtos & illos ocyus hoc argu-
mento attraheret,de ipſo vero triplex ferculũ ap
ponere erit mihi nõ pigrũ & lectori delicato iudi
cij noſtri ſentẽtia haud ingratũ,deligat vnuſqſq;
qd voluerit,niſi forte qſpiã illa tria ſimul p vno
ferculo accipienda putauerit.



## Cap.VIII.

Agit de duobus primis ferculis,virginali ſcili-
cet & humanitatis Chriſti.

### Vox Angelorum.

FErculum fecit ſibi rex Salomõ
de lignis libani. Columnas ei9
fecit argenteas, reclinatorium
aureum, aſcenſum purpureum. Media
charitate conſtrauit propter filias Hie
ruſalem.

Ferculi nomine meritiſſimo bñdicta virgo Ma A
ria in primis honoranda eſt,quæ ad terras deſcẽ
dentem regem Salomonem ſuſcepit corde deuo-
to,baiulauit in vtero,intulit mundo,geſtauit in
gremio. Sed multo felicius poſt reditũ ei9 ad pa-
trẽ fideliũ cordibus & oĩm auribus inuexit,dum
orthodoxę fidei noſtrę primores apoſtolos euã-
geliſtas cęteroſq; diſcipulos de ſecretiſſima ei9 cõ-
ceptione,glorioſiſſima natiuitate,& primęua vi-
tę priuatę ꝯuerſatione inſtruxit. Ipſa quoq; Chri
ſti humanitas ęque hic põt p ferculũ intelligi, in B
qua reſidens noua mẽtis noſtrę oculis,lux diui-
nę claritatis infulſit:in qua & crebri miraculi ful
gore ſpectabilis deitas ſui notitiam aperuit. Por
ro vtrũq; recte ex lignis libani opifice rege Salo-
mone factum ſcribit,qa diuinitas in quam nihil
inquinatũ incurrit,oĩa implẽs,vbiq; regnãs, at-
tingens a fine vſq; ad finem fortiter, & diſponens
oĩa ſuauiter,vtrũq; voluit & ſi differẽter ex maſ-
ſę noſtrę(in Adã corruptę,ſed mundę p Chriſtũ)

primitijs puriſſima aīa.ſ. & immaculato corpo=
re cōfici. Columnas aūt argenteas ideo feciſſe dici
C tur,quia in ſanctis ſcripturꝫ ſub diuerſis,ſacris,
ſacramētis,ſentētijs, & repromiſſionibꝰ vtriuſqꝫ
ſublimitas fundatur,figurař,aſtruiř, & extolliř.
Atqui ſi in alterutrū ſingularis interꝑtatio plus
apud lectores habeat amœnitatis & gratiæ. Vir=
ginalis ferculi columnas accipe virtutes illas car
dinales,quas veteres ad purgatum animū, & ab
oīni mūdi huiꝰ aſpergine preſſe pureqꝫ deterſum
retulere. His eñ nullū ſtat exiſtimare virgine lo
cupletius inſignitū, cuiꝰ paternę labis & reatus
oīs ignarę,prudentia erat electione diuina ſola co
gnoſcere,nedū pręferre,ac eadē ceu nihil aliud eſ=
ſet iugiter contemplari. Temperātia, terrenas cu
piditates non tā reprimere q̄ penitus obliuiſci.
Fortitudo,paſſiones neſcire nō vincere, vtpote q̄
plane neſciret iraſci , cuperetqꝫ nihil. Iuſtitia, ita
cū diuina & ſupna mēte quadrare,& illius nutū
ac renutū obſeruare, vt licet in carne corruptibi
li,ſeruet tñ cū eadē diuinitate fœdus ꝑpetuū, illā
ſtudioſius imitādo. Has deniqꝫ argenteas eſſe Sa
lomon affirmat, vt eñ dignitate inter mineralia
auro vicinius eſt argentū,ſic iſtę virtutes expreſ
ſius q̄ politicę aut purgatorię, diuinas & exēpla=
res referunt ęmulanturqꝫ. quarū vtiqꝫ ꝓpinqui
tate,ꝑſpectu,& cōtemplatione indefeſſa,aureū re
clinatoriū mēs virginalis efficiř, in quo reclinatā
ęterni Salomonis maieſtatem prius exciperet &
D felicius q̄ ventre. Porro quibus gradibus in tan
tam altitudinem mēs virginalis ſuccreuerit,ape
ritur cum dicitur Aſcenſum purpureum. Per
aſcenſum purpureum virtutem compaſſionis ſi



gnari arbitror,ſecundum quā calamitatibus cō
ſulebat humanis. Noſtris nempe miſerijs,lāguo
ribus,vulneribus,& plagis maris huius magni
& ſpatioſi caſibus,periculis,erroribus,& cladibꝰ,
necnon deſperatis naufragis,ex animo compaſſa
eſt,& perinde quaſi lana mundiſſima in conchi=
liuꝫ circūfuſo ſanguine per compaſſionē noſtris
immerſa doloribus,vſqueadeo ſublimiter humi
lis & humiliter ſublimis effecta eſt,vt mediatrix
eſſe meruerit, per quam ad nos Chriſtus, & no=
bis cū fidutia ad thronū grę eius aſcēdere, miſeri
cordiā cōſeq,& gratiā in auxilio opportuno inue
nire prōptū haberemus . Qui demū virginalis
ferculi media,ꝓpter filias Hieruſalē charitate cō
ſtrata ꝑſpiciēs,charitate & ipſe vulneratꝰ cōtine
re ſe vltra nō valuit. Sed a ſummo ſtatim cęlo fe
ſtinus egreditur, ad currēdā viā vt gigas accin=
giř,noſtrę mortalitatꝫ purpurā induiř,& vt tāq̄
ſpōſus de thalamo ꝓcederet, inde veſtē hō factus
aſſumpſit,vnde ſibi prius ad nos gradus extru=
xerat. Verū in primis q̄rendū videř quid in vir= E
ginali ferculo,media ꝓpter filias Hieruſalē chari
tate cōſtrata myſterij claudāt. Media inter recli=
natoriū capitꝫ(qđ ſupremū eminet)& gradus ſub
teriacētes cōſiſtūt, & quātū licet ex materialis fer
culi qualitate cōijcere, ſeſſionis partes exprimere
videř. Atqui ſedes ſapientię aīa iuſti eſt, ſedes igiř
Salomonis aīa Marię,ſicut mētis apex reclinato=
riū capitis eius, & humilis ad terræ miſeros in=
colas impenſa compaſſio ſcabellum pedum eius
extendentis in idumeā calciamentū ſuum, & ad
humanæ leuamen miſeriæ ineſtimabile hūanita=
tis ſuæ tegumentū miſericorditer impertientis,

Illa aũt appoſite ſatis ꝓpter filias Hieruſalẽ,cha-
ritate conſtrata narrant,qa etſi in oẽs charitatis
ſtudio ęſtuaret gratioſa virginis aĩa, proprie tñ
ad hoĩes, innumeris calamitatibus oppreſſos vi
ſceribus affluebat cõpaſſionis. Ad angelos autẽ q
medij inter deũ & hominẽ ſunt conditi,& qui cre
ati,mox beati aduerſi pati nihil poterant, viſceri
bus affluebat charitatis,quorũ nõ vtiq; miſeri-
as quę nõ erãt,cõpatiendo leniri,ſed gloriam con
ſummari,& ruinas reparari,vt eſſet deus oĩa in
F omnibus, nimio charitatis ardore ſuccenſa per-
optabat. hæc de primo. Nunc ſecundi columnę,
reclinatorium, gradus & media pro qualicunq;
a deo expectata enarrandi facultate compendio-
ſius ſunt (ne faſtidio ſimus ) explicanda. De quo
Prouerbiorũ nono Salomon haud inepte vide-
tur præfatus. Sapientia inquit ædificauit ſibi do
mũ,& rex Salomon ferculum,quia diuinitas hu
manitatem:excidit columnas ſeptem,quas hic di
cit argenteas. In his autem dona ſpiritusſancti ſi
gnata accipimus,de quibus propheta. Et requie-
ſcet ſuper eum ſpiritus domini, ſpiritus ſapien-
tię & intellectus,ſpũs cõſilij & fortitudinis, ſpũs
ſcientię & pietatis,& replebit eũ ſpiritus timoris
dñi. hæc enim ceu columnę ſuꝑ aſſumptę huma-
nitatis fundamentũ extructę,& ad totius ſuper-
ſtruendę,vel conuerſationis vel prędicationis ful
cimentũ erectę,argentea dici poſſunt, tum ꝓpter
preciũ virtutis,aut potius ꝓpter candorẽ cõuer
ſationis,& ſonũ prędicationis,q in illis potiſſimũ
cõmendatur,authore pſalmiſta, Eloquia domini
eloquia caſta,argentũ igne examinatum, proba-
tum terræ purgatum,ſatis ne eſt? minime. quid



igitur? ſeptuplum inquit,nam ſi vel vnum ex il-
lis defuerit,nec candor conuerſationis,nec ſonus
prædicationis abſolutus,ac rite ꝓbatus,& Salo-
monis ferculo dignus cenſebitur. Cæterum recli G
natoriũ aureum,quod videri poteſt haud incon
grue in vini mixtione ſignari,aſſumptę humani
tatis eſt anima,cui præter colũnas cõmunẽ vtili
tatem reſpicientes acceſſit,vt a primo (ſic eñ no-
ſtri loquunt)ſubſiſtentię ſuę inſtanti beata ſit,&
ſicuti per admirabile ęternę ſapiẽtiæ cõmercium
tota aurea, ita eſt clara dei viſione coruſcans in
qua,& mediante qua,re vera vinum miſcuit ęter
na ſapientia,immortalitati ſuę noſtrã mortalita
tem copulans,& ęterno temporale conglutinans,
& ſic conſocians,vt vnus eſſet deus homo,non cõ
uerſione diuinitatis in carnem, ſed aſſumptione
humanitatis in deum. Nihil præterea abſurdũ
exiſtimare eſt, ſi ſapientia victimas immolante,
aſcenſum purpureum ſignatũ dixero. Victimas
enim tũc pręcipue immolaſſe ſapiẽtia dicitur, cũ
Chriſtꝰ ſanguine ꝓprio cõſperſus a planta pedis
vſq; ad verticẽ capitꝭ,flagris,pugnis,& verberibꝰ
laceratus,totus ſautius, totus rubicundus,to-
tus purpureus aſcẽdit in crucẽ,& vniuerſas prę
cedentiũ patrũ victimas,ſeipſum ſacrificiũ veſp-
tinũ & immaculatam hoſtiã offerẽs, morte pro-
pria cõſummauit. Nihil poſtremo(ni fallor) ve-
ritati cõtrariũ abſurdũve dixiſſe putandus eſt,
qui tempus vitę eius ortum & exitum intercur
rens, varijs ſanctę operationis monitis & exem-
plis locupletatum, veluti menſam quandam in-
exhauſtibilem admirabitur:ex qua media poſita
& inexplicabili charitate propter filias Hieruſa-

lem conſperſa, vnicuiq; fas ſit cõmodiſſimos vitę
in immortalitatem propagãdę cibos accipere pu
ſillis & magnis iuuenibus, ſeniorib⁹ & paruulis,
peccatoribus & ſanctis, incipientib⁹, ꝑficientibus
atq; perfectis, ac demũ omnis cui, meriti, virtu=
tis, dignitatis, indignitatiſq;, ordinibus, maxime
prouocante ſapientia, primũ operibus, poſtea do
ctrinis luculentis, & ab orbe condito inauditis, &
ad hoc omnes nunc per ſe, nunc per ancillas inui
tante, per ancillas quidem egredimini & videte
regem Salomonem in diademate quo coronauit
eum mater ſua. Per ſe autem, ſi quis paruulus
eſt veniat ad me, & poſt pauca, relinquite inquit
infantiam, & viuite, & venite, & ambulate per vi
as prudentiæ: quas vtiq; rex Salomon ſolus ope
re oſtendit, & verbo docuit, in diademate quo co
ronauit eum mater ſua, vt maiore cum gratia
videri poſſet a paruulis paruulus, hoc eſt mitis
& humilis corde: ſed de hoc diademate poſtea: nũc
de tertio myſtico ferculo pauca delibemus, vt ſi
qbuſdã forte diſplicuerint, ꝓlixitate nõ grauẽt, ſi
cuiq̃ vero placuerint, poſſit ex his cętera cõijcere.

## Cap. IX.

¶Agitur de tertio ferculo, & de nati Chriſti ad
paſtores per angelos facta reuelatione, & ibidem
de ſacramento incarnationis plura.

### Vox Angelorum.

EGredimini filiæ Sion & vide=
te regem Salomonem in diade
mate quo coronauit eum ma=



ter ſua in die deſpõſationis illius & in
die lętitię cordis eius.

¶Ferculũ a rege Salomone eccl'iæ ſuæ ſanctæ per A
ſecretã inſpirationẽ præſidente, ſemel inſtitutum
eſt, ſed ab ipſa velut ſemper nouum ãniuerſaria
deuotione reparatur, ipſum eſt ſanctiſſimę nati=
uitatis dñi ſacramẽtũ, in quo ſcientibus inculca=
tur, neſcientibus ingeritur nati ſaluatoris ado=
randa maieſtas. Cuius veluti argenteas colũnas
Rex Salomon innocentes, nõdũ ratiocinãdi vſus
capaces, effectu in martyrij glorioſam lauream
erexit. Reclinatoriũ vero beatũ Ioannem, qui ſup
pectus ipſum dominicũ in cœna recubuiſſe legi=
tur, voluntate, quæ auro comparatur, non effe=
ctu martyr futurus. Deinde aſcenſum purpure
um, ex Stephano conſtruxit, qui re & voluntate
martyr, ꝓprio in cruore primitias martyrij cõ=
ſecrãs ad ſuperna conſcendit. Volens deniq; om̃es
ſaluos fieri, media charitate conſtrauit propter
filias Hieruſalem, vt qui ad ſublimia debiles, nec
re, nec voluntate martyres valerent fieri, vel latiſ
ſima ferculi hui⁹ charitate, a gloria æterna non
exciderent. Nato itaq; de virgine, perindeq; ex fer
culo tanq̃ ſponſus de thalamo parente mundi re B
demptore, cæli reparatore, & omnium creatore,
angelo magni conſilij, patre futuri ſeculi, & pa=
cis principe, cælorum oppidani horũ oĩm alter=
na illuſtratione haud ignari, luce circũfuſos pa=
ſtores pauperculos terræ incolas, ĩ lętitiæ inenar
rabilis & exultationis iocundiſſimę conſortium
aſciuere. Natus eſt vobis inquiunt ſaluator, qui
eſt Chriſtus dominus in ciuitate Dauid. Egre=

dimini filiæ Sion, & nolite timere, videte quaſi in
ferculo regem Salomonẽ, in diademate quo coro
nauit eũ mater ſua. Et hoc vobis ſignũ regiæ di=
gnitatis diadema, & ſublimãdę humanæ naturæ
ferculũ, inuenietis infantẽ pãnis inuolutũ & po=
ſitũ ĩ pręſepio. Et ſubito facta eſt cũ angelo mul=
titudo militię cęleſtis laudantiũ deũ, & dicẽtium,
Gloria in excelſis deo, & in terra pax hominibus
bonę volũtatis. Plerũq; antiquis patribus cõpa=
C ruiſſe angelos ſacrarũ ãnalium fides tradit, nũſq̃
tamen in tãta multitudine, cũ claritate, & ſolẽni=
tate, atq; adeo ſedula pacis denũciatione, cũ tanta
alacritate, & lętitię inuſitatę canticis vſq̃ alias oc=
curriſſe reperies. Pręrogatiua enim hæc cõmuni
huic reſeruabaṫ cæleſtiũ & terreſtriũ feſtiuitati,
in qua exortũ eſt in tenebris lumen rectis corde,
gloria in excelſis, & in terra pax hominibus bonę
volũtatis. Neq; ſane mirũ iſtud, nox enim iſta ſi
cut dies illuminata, iuxta ꝓphetã, dies eſt deſpon
ſationis & lętitię cordis eius, qui venit benedictus
in noĩe dñi, deꝰ dñs & illuxit nobis. Egrediamur
igiṫ & nos, ac ſingula repetẽtes, videamꝰ hoc ver=
bũ quod factũ eſt, & q̃d fecit dñs, ſi forte & nobis
illud oſtẽdere digneṫ. Filię inquit Sion. Sion ſpe=
cula interpretaṫ, cuiꝰ filię paſtores, viri ſimplices
prioribꝰ ſanctorũ patriarcharũ ſtudijs addicti,
tenaciq; imitãdę ſanctimonię amplexu adhęrẽtes
cuſtodientes vigilias noctis ſuper gregẽ ſuũ, ſpe=
culatores, vigiles, acres, & indefeſſi, rite ad modũ
vocãtur. Eis autẽ ſic vigilantibus, apparet ange=
lus & eos dei claritas circũfulget, quia ij nimirũ
pręreliquis, in cęleſtiũ arduorũq; dei cõſiliorum
ſublimia merenṫ admitti, qui leoninę feritatis ex=



cuſſa ſuperbia, necnõ lupinę auiditatis ingluuie
profligata, vulpinę quoq; hypocriſeos omnibus
repudiatis ambagibꝰ, ſuper cuſtodiam ſuã ſtan
tes totis diebꝰ & totis noctibus, animales motus
vigilanter obſeruãt, ne q̃d laſciuiat inſolẽter, aut
petulanter tumultueṫ, oberret, ac depereat. Hos
etiã angelus dũ vt egredianṫ, monet, iubet quodã
modo nõ timere. neq; enim facile qui timet, egre= D
ditur: ſed nec multũ, q̃ egrediṫ, timet. Egredimini
inquit, & nolite timere: videte regẽ Salomonẽ. Si
nõ egredimini portas ſenſuum, literę corticem, &
tenebras Iudęorꝝ, Salomonẽ quidẽ videbitis, quia
inuenietis infantem pannis inuolutum, & poſitũ
in pręſepio ſed non regem. Egredimini igitur per
fidem, & credite regem, quem videtis Salomonẽ,
quia natus eſt vobis Saluator, qui eſt Chriſtus
dñs in ciuitate Dauid: & hoc vobis ſignũ, ac ve=
luti regię ſuę poteſtatis inſigne, diadema ſcꝫ quo
coronauit eũ mater ſua: inuenietis infantem car
nis infirmitate circũdatũ, pãnis inuolutũ, faſcijs
conſtrictũ paupertatis, vt vos illius infirmitate
roborati, & copia ditati in cælo eſſe poſſetis coro=
na gloriæ in manu dñi, & diadema regni in ma=
nu dei veſtri: re vera neceſſe habetis egredi, regem
Salomonẽ ſpectaturi, in diademate aſſumptę hu
manitatis, quo coronauit eum mater ſua, in die
deſponſationis illius: cũ nouum faciente dño ſup
terram, circũdedit mulier virũ in die lętitiæ cor=
dis eius quando edidit gaudium vniuerſę terræ.
Quis em̃, niſi ſeipſum ſuperans, & ſupra ſui mo E
dulum trãſcendente naturam gratia euectus, cõ=
pręhendere vnq̃ poterit, quem in modum fiat, vt
ſine confuſione ſubſtantię, ſed ſola vnitate perſonę

vnus ſit deus & homo,homo & deus:quo pacto naturę illę non confundantur,quomodo neutra in alterã conuertatur, imo quomodo neutra eſt pars verbi:nõ diuina,quæ ab ęterno eſt ipſũmet non humana, ſine qua vtiq; ab æterno fuit : nec enim ex illis ſic componitur vnum tertium,quẽadmodum ex anima rationali & carne fit vnus homo. Homo enim ſine altero iſtorum eſſe non poteſt,atqui verbum fuit ab æterno ſine humana natura,hodie nata:quia in principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Quę facultas vnq̃ tam indulgens humani floruerit ingenij, vt comprehendere promptũ habeat, qualiter ipſa perſona Chriſti reipſa & rei ſubſiſtentia eſt natura diuina,in ſe ſimpliciſſima,nullis cõflata partibus.Et vt natura humana maneat quo ad ſe inuariata, reipſa diſtincta a diuina, proprietatib⁹ ſuis naturalibus omnino illęſis, & nichiloſecius ad verbnm dependensmelius ſuſtentificetur ab ipſo, q̃ potuiſſet in ſeipſa perſonari.Alta ſunt hæc,& quæ haud facile intellectus ratiocinijq; humani adminiculis cuiq̃ liceat intueri, niſi prius egrediatur per fidem,dicẽte propheta:Si non crediderítis,non intelligetis diuinitatem in humanitate,ceu regiam vili ſub diademate latentem dignitatem. Humanitas enim ipſa diadema eſt,quo coronauit eum mater ſua,aſſumptę humanitatis materiã nullo virili admixto ſemine totam miniſtrando. In die deſponſationis illius, Chriſti haud dubie cũ humana natura, quã ſibi vnione hypoſtatica in incarnatione copulauit,& in die letitię cordis eius, ſcilicet temporalis natiuitatis illius:cuius delitię



ſunt eſſe cum filijs hominum. Hinc lętitiæ huius & voluptatis torrente inundante facta eſt cum angelo multitudo militiæ cęleſtis, laudantium deum,& nos ad ſimile peragendum feſtiue cohortantium,niſi ingrati ſimus & bonę voluntatis expertes.Sed nunc neſcio quid cum beatiſſimo Chriſti pręcurſore ſimile Salomon pretendere videtur,& cum Eſaia propheta dicere: generationem eius quis enarrabit? Non ſum inquit dignus ſoluere corrigiam calciamentorum eius, nec ſufficio tãti myſterij ſignacula reſerare:ne tamen a laudibus incarnationis tota ſileret lingua carnis,partium ſuarum eſſe credidit de virginis natiuitate, in qua pura eſt humanitas aliqua per pietatis ſtudium attingere: vt dum mira de hominis matris ortu ſacratiſſimo proferret, ſimul intelligeremus q̃ incomprehenſibilia de deo homine mũdum ingrediente tacitus pręteriret, & cuius in ſeſe necdum ſtatim capax eſſet humani teſta ingenij(ſicut prius in vtriuſq; cõceptione a nobis factum eſt)illud aliter in matre deſignaret, filium inducens gratias agentem, & matri ꝙ ex ea natus ſit miris laudum pręconijs ſolemniter reponentem,ac congratulãdo atteſtantem. Q̃ pulchra es amica mea.

## Cap.X.

¶Agitur de ſex primis pręrogatiuis, quibus in conceptione donata fuit virgo benedicta:ſed quæ in natiuitate illius multo ſublimius claruerint.

### Vox Chriſti.

QVam pulchra es amica mea, ꝗ̃ pulchra es & decora? oculi tui columbarũ abſq; eo qđ intrinſecus latet. Capilli tui ſicut greges caprarũ quę aſcẽderũt de monte Galaad. Dẽtes tui ſicut greges tonſarum quæ aſcẽderũt de lauacro. Omnes gemellis fœtibus: & ſterilis non eſt in eis.

A ¶ Patri coęternus dei filius, de ſpiritu ſancto tẽporaliter cõceptus, ſuperius immaculatę matris ſuę cõceptionem ab omni impuritatis calumnia vendicans. Ecce tu pulchra es inquit amica mea, ecce tu pulchra, oculi tui colũbarũ. Hic autem ꝗ̃ pulchra es amica mea, ꝗ̃ pulchra es & decora? oculi tui colũbarũ, vt ferme reſtim (qđ aiunt) funi nexuiſſe videatur, ac eadem per eadẽ inculcaſſe, niſi diligenter propiuſq; conſideres. Equidẽ in verbis parua eſt, verũ in myſterijs ſubeſſe puto obſcurã quidem differẽtiam, ſed neutiq̃ contẽnendã: Illic enim ipſe ſanctiſſimę & immaculatæ matris ſuę conceptioni: hic autẽ natiuitati teſtimoniũ prębet inuiolatę puritatis. Atqui cũ vtriuſq; eadem fuerit, & naturalis & gratuitę pulchritudinis

B pręrogatiua: Conceptionem nihilo ſecius pauci immaculatam crediderunt, quod dicentem ecce, ſuperius deſignaſſe crediderim. Illud enim de re potiſſimum dicimus, quæ continuo nequeat ab omnibus deprębendi. Beatiſſimę vero matris dei natiuitatem, ſanctiſſimam fuiſſe nemo nõ cõfitetur, & ideo quaſi de ingenti, & nulli nõ cogni-



ta pulchritudine ait. Q̃ pulchra es, propter integritatem naturæ, quæ in cæteris corrumpitur per tyrannidem originalis culpę, o amica mea, ꝗ̃ pulchra es, propter eminentem concreatę gratiæ pręſentiam, in cęteris deſideratam: paterni vulneris repugnante putredine. Et decora. hoc in quibuſdam codicibus additum reperi, ſed & illud ex ſeptuaginta interpretũ editiõe, vt aut alio aliquo aut antiquo authore, eccleſia (vt creditur) deſumptũ recitat. Forte propter corporis extrinſecam pulchritudinem, & membrorum omnium compactionem elegantiſſimam, quæ primum potuit ipſa nata conſpici: tametſi ipſa virgo de Chriſto hora conceptionis idem pręcinuerit. Nimirũ qui ſolus (licet illa hora ad modum puſillus) in corpore & anima vir perfectus fuit, & ſecũdum oĩa corporis liniamẽta conſummatus. Oculi tui co- C
lumbarũ abſq; eo quod intrinſecus latet. Ea præſertim nũc Salomon aſſerere videtur, quę ad immunitatem peccati originalis virgini ſanctiſſimę in conceptu ſui, diuinitus impertita creduntur, ſed in natiuitate præclarius effulſerunt. Prima duo naturalium integritatem, & gratiam gratũ facientem diximus: ex quibus tertium demanabat, corporis venuſtas exuperantiſſima. Sed eñ propter ſpeciem mulieris multi perierunt: raraq; cancordia formę, atq; pudicitiæ, natura ſaltem originali contagio vitiata: & ideo quartum quod natura integra præſtare, aſſiſtente gratia potuiſſet, virgini excellentiſſimę infuiſſe oſtendit, inferens, oculi tui columbarum. Fuiſſet enim cũ decenti corporis pulchritudine, mirus pudicitiæ ſplendor: illęſus quippe decor ille, & gratia adiu-

ctus contuentium animos ad ſeſe quidem afficere poterat, nec ad culpam per ſe inflectere. nam & nunc cernere eſt perſonalis expertes corruptionis, non ſic inflammare vt corruptas, quantominus vtriuſq; integritatis gloria illuſtres: ſed ad rem. Nec elati, nec laſciui, nec petulantis, nec infecti aſpectus eſt columba, ſed demiſſi, humilis, verecundi, puriſſimi, & pudiciſſimi, vt intuentibus citius poſſit ſimplicitatis & puritatis deſideriũ, ſtudium, & culturam inferre, q̃ auferre. Sic proculdubio gratioſa deipara neminem prorſus ſui contuitu in pruriginem inflammabat, quin adeo longe ſępius omnem pudicitiam in refrigerium reduceret: ac nonnullos (vt aiunt) pręconceptos libidinis ęſtus reſtrigeret, extingueret, extunderetq;. Vt enim ſolo odore myrrha vermes perimit, ita illius ſanctitas irradians, apud cęteros carnalis concupiſcentię vermes enecabat: tantę virtutis erat exterioris ſimplicitatis pudiciſſimus aſpectus, abſq; eo quod intrinſecus latet. Iſtud maternę cõceptionis puritati ſuperius occinens, non addiderat, a nullo ſuſpicatus oculos columbarũ ea hora poſſe de ſola exterioris aſpectus (qui tunc nullus cernebatur) efficaciſſima ſimplicitate intelligi. At nunc ea iam nata poterat, illis pręſertim tam ſingulari vt dixi caſtimonię pręrogatiua rutilantibus. Vel aliter cum ſit
D columba prole multiplex, ac genus columbarum laſciuię vſu profuſiſſimo diffamatum, exiſtimaret quiſpiam, ac virginis puritatem (ſicut columbarum) ex ſolis oculis exteriorem iudicaret: ſed nephas hoc de filia regis, cuius omnis gloria ab intus eſt iudicare: cuius fœcunditas tametſi am



pliſſima permagnificaq; eſt, integritatem tamen eius non minuit ſed ſacrauit, altiuſq; virginis pręcordijs nulla ratione violandã infixit: ait itaq; abſq; eo quod intrinſecus latet. Si abſq; eis diceret, illum putaremus ſpũales oculos intelligere, quos ſufficienter creditur ſuperius & forſitã hic etiam ſub columbarũ myſticis oculis deſignaſſe. Quid igitur iſtud eſt tam abſtruſum, tam ſanctum, tantamq; in myſticę caliginis altitudinem reconditum: vt ſapientiſſimi Salomonis ſtilo palam fieri, aut non potuerit, aut forte non oportuerit. Quo fit, vt non vulgariter mihi formidãdum exiſtimẽ, ne ſcilicet ſcrutator maieſtatis opprimar a gloria, ſi quod a verbo ipſo in ſuſpitiõe & cõiectura ſola relictũ eſt, expendere conſidã. Sed enim opera dei cõfiteri honorificũ eſt, ait quidã. Et ipſa qui elucidãt me vitã ęternã habebũt. Acci- F
pite igitur quę impręſentiarũ pro ingenij noſtri anguſtia, de tã ſacro nobis licuit ſilẽtio cõiectari. Fieri puto, vt ſeruãdę virginitatis & viri non cognoſcẽdi iamiã virgini adeo inſitũ propoſitũ inſinuaſſe videať, qđ revera latebat intrĩſec⁹, nullius adhuc pręcepto, nullius cõſilio, nullius exẽplo cõmendatũ: ſed prius virgini datũ, & ab ipſa cõſeruatũ, vt ſingularis hęc gloria filię regis ab intus eſſet, quia adducerẽtur regi virgines, ſed poſt eã, ac ex interiori caſtimonia, & virginitatis ꝑpetuo retinẽdę cõiurata ſentẽtia, vis illa pullularet alienę reſtringendę libidinis. Sequiť Capilli tui ſicut grex caprarũ, quę aſcẽderũt de mõte Galaad. Ca- F
pilli vicini cerebro, vbi ſapientiæ dicitur receſſus eſſe, ſubtiles, flexibiles, tractabiles, pœne incorporei, penitus ſine carne, & ad omnem iniuriam

inſenſibiles niſi a capite,cui ſemel inhęſerint violẽter euelli cõtingat:cogitationes ſignificant,quę vti in ſtatu innocẽtię ſacrę virgini impullulabant nõ obſtreperę,tumultuabundę,obruteſcenteſq; neq; rationis vſum, q aię caput ſanctę appellari ſolet, aut ꝑuenientes,aut cõfundentes,quẽadmodũ noſtrę,qui originali labe infecti,non ſufficientes ſumus cogitare aliquid a nobis quaſi ex nobis. Sed mũdas,legi rationis ſubditas habuit Maria,nũq̃
F ſurſum nõ aſpirãtes,atq; impturbatas ſicut greges caprarũ,quæ aſcẽdũt de mõte galaad. Galaad aceruus teſtimonij interꝑtatũ ſonat,vt per montẽ Galaad lex antiqua in monte data recte poſſit intelligi, in qua q̃plurimis de Chriſti ortu, conuerſatione,& vitę exitu,& de eccleſia coacceruatis teſtimonijs plebs illa iudaica ad ſupna ꝓficiſcẽs, ſpiritali pabulo adoleſceret. Atqui etiã ſimplices cogitatus, ad paternę labis immunitatẽ in tantã vſq; honeſtatis diſciplinam ꝓpoſitos, fructuoſos ſtabiles,& efficaces, ꝟgo Maria accepit, vt leg; antiquę potuerit ſpiritualẽ myſticarũ caprarũ ꝓfectũ coęquare. Q; ſi tanta virginaliũ cogitatuũ ſtabilitas, quãtum colligere eſt fuiſſe meditationũ, niſi vt eſſent dentes eius ſicut greges tonſarũ(Sic eñ conſequẽter adiecit) quę aſcẽderũt de lauacro. Quid autẽ aliud obſecro cõparationũ iſtarũ diaphonia in ſymbolis tã apta clamitet, q̃ vt in ſpirituali cantico nihil corporeũ,nihil materialis craſſitiei veſtigemus? Ceſſet igitur cyconia,neq; ſubdolo nos cõmento venenatus ſcorpius exagitet, ſi in diuerſum nullo quidem alienę induſtrię cõtemptu,procul hęc inſania, ſed aſſumptę expoſi=
G tioni ſeruiẽtes,lapides quoſdam moueamus.Dẽ=



tes tui inquit ſicut greges tonſarũ,hic dentibus ſpirituales illos ſenſus deſignari arbitror, quib⁹ audiendo,legendo,meditando, moris eſt vehemẽti animi applicatiõe optima quęq; apphẽdere,integra frãgere,occulta penetrare, & veritatẽ ſolertius mandendo cõminutã glutire, ac quaſi vitalẽ cibũ ad aię interiora trãſmittere.hos dentes,paterna vetiti cibi intemperies obſtupeſcere in nobis fecit,ſed nõ in virgine:in qua ab omni peccati ſorde & rubigine alieni,iure gregibus tonſarum quæ aſcenderũt de lauacro comparãtur, pulcriores vino,& lacte candidiores. tantam quippe gratiã cũ illis obtinuit, vt ſingula quæq; de Chriſto & eccleſia audiẽdo,legẽdo,& meditando plenius ꝑfectius,copioſius & fructuoſius acciperet,q̃ ꝑ fidẽ quicunq; chriſtianus aſcendens de baptiſmo. Nec citra rationẽ chriſtianos per greges tonſarũ, ſicuti ſuperius ꝑ greges caprarũ Iudęos deſignauit.Exuentes eñ veterẽ hoiem cũ actib⁹ ſuis,diabolo renũciantes pomparũq;,ac ſtipendiorũ eius authoramẽto theſaurizantes in cælo,non in terra nudi nudũ Chriſtũ ſequẽtes,& cõtemptis temporalib⁹ ad ſola ęterna inhiantes,quaſi oues vellus in baptiſmo exuiſſe vident. Iudęi vero ad ſuperiora quidem nitebantur,ſed ſicut capreę,quia vellus deponere nulli erat neceſſariũ,quin potius ipſa tẽporalia lex viriliter aſcendentibus,ceu propria paſcua repromittebat:deniq; nõ dę caprarũ gregibus,ſed de tonſis ouibus dictũ eſt,qa om̃es ſunt gemellis fœtibus.Lex eñ intellectũ ꝑſtabat, ſed non ſic inflammabat affectũ,quippe quę cum ignorantes doceret,gratiã per quã cognita exequerentur non cõferebat. Tonſas aũt de baptiſmi la= H

uacro aſcendẽtes, vt non ſit ſterilis inter eas, & fides erudit, & gratia cõfirmat, atq; fœcundat. Nã & ſi qui forte morte præoccupati nõ potuerunt oſtendere ex operibus fidẽ ſuã, illis ſatis ſuperq; parentũ fides, & ſacratiſſima paſſionis dominicæ merita ſuffragantur, ac minus operoſam fidẽ cõpenſant. Sic virginẽ ſecũ reputantẽ, & diuina meditantẽ, ſemper fœtu duplici ſublimẽ crediderim, nunc myſtica intelligentia cũ literali, miſericordię gratia & virtute, nunc operibus cũ fide, nunc duplici charitate: vt nihil eſſet meditationũ eius tam ſterile, quod non ad meriti & gratię in pſens atq; ad premij, & gloriæ pondus cumulumq; in poſterum ęuum faceret. Perinde neq; ita quicq̃ momentaneũ quo non cœleſtis intellectus atq; affect⁹ ſibi nouas ſemp ſcintillas ſuſcitaret. Sic eñi adiecit, ſicut vitta coccinea labia tua.

## Cap.XI.

¶ Agitur de quatuor alijs natę virginis prærogatiuis.

### Vox Chriſti.

Sicut vitta coccinea labia tua & eloqũ tuũ dulce. Sicut fragmẽ mali punici ita genę tuæ abſq; eo qđ intrinſecus latet. Sicut turris Dauid collum tuum quæ ædificata eſt cum ꝓpugnaculis. Mille clypei pẽdent ex ea, omnis armatura fortium.

A ¶ Creante nouũ dño ſuper terrã circũdedit mulier virũ, Maria Chriſtũ, ſed prius amicta ſole, & tota ſolis iuſtitiæ gr̃a pueniente, concomitante & ingternum manſura ſplendicans, vallata, & ita circuntecta, vt obſcurum nihil, nihil tepidum, nec in ſole poſitum domini tabernaculum, nec dominus tabernaculi illud ingreſſus ſentiret. Aegyptum ingrediẽs æterni patris coęterna ſapientia, ſuper nubẽ leuẽ aſcẽdit, ſed q̃ lunam ſuis prius ſub pedibus diuinitus accepiſſet, & contrito ſerpẽtis capite, mũdanæ, carnalis, & diabolicę ſtultitię, mutabilitatem oẽm virtutis pede calcaret. Sic & hic, quoad licet ex pſenti textu colligere, mater filiũ, virgo deũ, humanitatis noſtrę diademate coronauit: ſed ab ipſo pręuẽta, ab ipſo pri⁹ coronata, & in capite nimirũ ſui cõceptione & natiuitate, corona ſtellarũ duodecim, hoc eſt duodecim prærogatiuarũ ab ipſo ſublimiter honorata quæ hic authore Salomone clarius emicant, niſi a luce copioſiore quiſq̃ in noctuarũ imaginẽ, ſeſe in vltroneas tenebras recondat, aut fortaſſe quẽadmodũ parœmia vulgatũ eſt, ſeſe leberide ipſe deploratius excęcarit. Ex his aũt iam vtcunq; ſex curauimus tractando clarificare, triplicẽ.ſ. pulchritudinẽ, gratię pręuenientis naturalis, integritatis, & venuſtatis perſonalis: caſtiſſimũ quoq; tãtę pulchritudinis & cæteros eunuchizantẽ aſpectũ, fructuoſum ordinem cogitationũ & ſanctarũ meditationem fœcunditatem expetiti ſucceſſus minime fallacem. Sex æque eodem ſpectantes, & virginalem coronam numeris omnibus abſoluentes nunc reſtant. harum primam cæleſtem dixerim intellectus & affectus coniugationẽ: nam cum intellectus ſolus iaceat, & affectus B

ſolus ꝑcipitet, vt eſſet prerogatiua ſublimior, Sa-
lomon vtrūq; coire fecit, & ſub labiorū ſymbolis
os vnū ꝑficientibus ſubtexuit, dicens. Sicut vitta
coccinea labia tua. Dentiū ꝑtes ſunt incidere, & ci
bū molere, exilienti aūt cibo opere eorū multum
peribit, ne dicam totū niſi labiorū ſubſidia cōmo
des. Pari modo infœcūda eſt meditatio, nec in illa
ignis ſupnus ſatis exardeſcit, ad quē nec illumina
tus intellectus ſequit, nec inflammatus affectus,
qui ſpirituali quodā nexu coherentes, varias me
ditantis cogitationes, ſicut capillos vitta coccinea
diffluentes, retineat & ad cæleſtem decorem, ac
pluſq̄ nectareā diuini eloquij ſuauitatem ſeruire
cōpellat. Sed eñ quēadmodum in nobis originali
vinculo implicatis, conatū infirmitas remoratur
ſic & hanc felicem illuminati intellectus & feruē-
tis affectus coniugationē, aut ignorātia cōfundit
aut inquinatrix cōcupiſcentia enervat, ac diſſol-
uit. Atqui immaculatę virgini nunq̄ defuerūt in
ipſa nunq̄ diſſipata, & a ſeſe nunq̄ ſunt illa ſepara
ta. Vt illi haud immerito ꝓpter gratiā labiorū,
ab amico rege ꝑ octaua prerogatiua datum pu
tes, eloquiū dulce: ſic eñ protinus adiecit, & elo-
quiū tuū dulce. Aliud quippe q̄ totum dulce, to-
tum nectareum, totum ſpūale, totū ignitū & di-
uinum, illud virginalis animæ eloquium eſſe nō
poterat, cui tam ſedule depromendo cum mūdiſ-
ſimis ſanctę meditationis dentibus, perſpicacis in
tellectus & flāmigeri affectus myſtica labia, cocci
C neo & cæleſti colore, immo & calore fulgentia ſer
uiebant. Sequitur. Sicut fragmē mali punici, ita
& genę tuæ, abſq; hoc qđ intrinſecus latet. Sicut
turris Dauid collum tuū &c. Et ſanctiſſimę eius



conceptioni ſuperius teſtimoniū perhibens ſpiri
tuſſanctus: pulchre ſunt genę tuę ſicut turturis
collum tuum ſicut monilia. vtrobiq; genas, vtro
biq; collum audimus, ſed rebus diuerſis cōpoſi-
tum vt de intentionis & obœdientiæ prerogati-
uis ac multiplici pulchritudine, ſub diuerſis nō
aduerſis ſimilitudinibus vtrobiq; loquutū pu-
tem. Cur autē intentionem vbiq; obœdientię pre
poſuerit in promptu eſt aduertere, ſi quēadmo-
dū actionē noſtrā in opere intentio dirigat tenea-
mus, ſed cur ſpirituali eloquio, ſpiritualibus la-
bijs dentibus, & capillis, illam vel ſubiecerit, vel
potius adiecerit, excuſſiore ſcrutinio indagandū
eſt. Etenim maxillares genas, labijs & dentibus
ſatis collimitatas, pilis & capillis circūueſtitas,
hinc ꝓpriū colligere, & viciſſim eorum decorē cō
plere nemo neſcit niſi qui ſeſe in totū neſcit. Sic in
tentio, vt perfecta fiat his cōſtat, & viciſſim illa cō
plet & perficit. Eſt eñ actus voluntatis libere &
mature mouētis in finē a ratione directus. Nūc
itaq; tolle cogitationes, & nihil relictū eſt qđ mo-
ueat & ordinet in finem. Ceſſet affectus quo ſolo
mouetur anima, & nihil ęque mouebit. Adime in
tellectum, abſit e medio conſiderationis ſtudium
& omnia aut ęque reſpiciet, aut non reſpiciet om̄i
no. Viciſſim hęc oīa ſine nullo præſtituto ocyus
euaneſcent, & optato decore fraudabunt. Verum
his benedictionibus preuenta anima, ſi in aures
diuinas dulce eloquium inſuſurrauerit, ſi pſal-
mographo cōcinuerit, Paratum cor meū de⁹, pa
ratum cor meū: Notam fac mihi viā in qua am
bulē: Vias tuas domine demonſtra mihi, & ſemi
tas tuas doce me. Ambiguū nihil fuerit, quomi-

nus qui dulci hoc eloquio vehementius capitur præparationē cordis eius audiat altiſſim⁹, eſſeq̄ qui dedit & velle, poſſe nō negabit atq̄ pficere, ac turtureꝫ gratiā & venuſtatē adijciēs intentionis q̄ſi fragmē mali punici abſq̄ eo q̄d ītrinſec⁹ latet, vt ſingula in ſuos fines, & oīa in vltimū finē venuſtius ſuis ſemitis, ordine pulcherrimo & mira varietate diſtinctis perducantur. Porro in nobis paternæ preuaricationis contagioſa in omnē gentē ſeruitute cōpeditis & aggrauatis, vt ſupra docuimus, nec debita pulchritudo in intentione ad votū ſuppetit, nec ſtabilis obœdientię promptitudo in exequutione. Caro em̄ in malum, pclivis ab adoleſcētia ſua, in altero aiam aggrauat, & ad ima īcuruat multa cogitātē. In altero quoq̄ aiæ ipſi legi dei forſan cōſentiēti, ac pinde recte monēti, obœdire ſupba, cōtumacēq̄ ceruicē demittere ꝯtemnit, vt cui iamiā velle adiaceat, pficere carne reluctante non poſſit. Atqui mala iſta a ſuperbenedicta virgine, nona & decima prerogatiuis radicitus excluſa ſunt, atteſtante quo ad primū filio. Sicut fragmē mali punici, ita & genę tuę, abſq̄ eo q̄d intrinſecus latet: & quo ad ſecundū, ſicut D turris Dauid collum tuū &c. Sicut fragmen mali punici, ita & genę tuę. Fractū malū punicū latētem candorē & compoſitum granorum ordinē partim claudit, partim oſtentat: ea parte qua integrū pſeuerat, aſpectui ſubſtrahit, qua vero fractionis hiatus panditur, nullo effluente grano, nullius ordine pturbato, nullius candore violato manifeſtat. Cortice & circūferētia exteriora tegit ſed īteriora facta diuiſione ſub oculos mittit, quæ ſi ad virginalis intentionis ſummā referas,



neſcio an appoſitius q̄cq̄ dici potuerit, nā cū illius eēnt oīa numeroſa, oīa ordinata, oīa q̄ pulcherrima, quātū in ſe fuit, etiā exteriora ſua latere alios ſemp curauit, citra cōtrouerſiā pbe intelligēs, oſſa eorū q hominibus placent, diſſipari, neq̄ ſi hominibus placere voluiſſet, ancillari altiſſimo ſinceriter valuiſſe, arctius ꝯteſtāti ne opera noſtra corā hoīb⁹, vt videamur ab eis, faciamus. Frāgi tū p ſanctā operationē neſciēte ſiniſtra quid dextera ageret, ſecreto & in occult; altiſſimi curauit, & palā ſępius, quaten⁹ ad pximoꝝ ędificationē, & cæleſtis patris gloriā faceret. Sed deū immortalē quāta cū verecūdię puellaris elegantia & gratia, q̄ cōſtanti actionū oīm in oēs partes integritate, ordine & diſciplina. Nihil mancū, nihil cōfuſuꝫ, nihil indecorū fas hic intueri, nec ſuſpicari quidē. Sed coꝝ quæ p fractionē operis forte patuiſſent, mirabilis pulchritudo, q̄a patientia eius incōcuſſa, & tū in aduerſis, tū in pſperis mētis ęqualitas immenſa. Nihil em̄ phibet etiā in fractione, quæ citra vim nō fit, inflictā aduerſitatem intelligere: eadēq̄ ratione ex integri cæteri corticis myſterio p ſperitatem accipere continuā. In pſperiore autē ſucceſſu, vt nec interim ſimulati quippiam inſit, ſed q̄plurima occulta intentionem perficiunt humani fuga fauoris, verecūdia, & ſobria triſtitia, quæ ex corticis moderato colore inſinuantur, in aduerſis quoq̄ patientia, conſtantia, cōpaſſione ad alios & ſpirituali hilaritate, vt perfecta ſit intentio opus eſſe, perdocuit integri & immoti granī ſeſe ſeriatim mirabili candore & pulchritudine cōtinentes. Cæterum in pſperitate laudes humanas virgine nemo melius nihilipendit, quæ

E

F

nec angelicas ſine verecundia admiſit, tametſi tã
citra humilitatis iacturã fierent, q̃ citra diſpẽdiũ
veritatis: deniq; ex diuina dignatione admirabũ-
dam, & ſua omnia deſpicientem, ſubtriſtẽ, turba-
tam, & nouę rei inauditiq; exempli ſtupore paui
tãtem, affatus angelus. Ne timeas inquit Maria,
inueniſti gratiã apud deum, ac ſi illi bona gratia
pro verecũdia acceſſiſſet, & quia cor ſapientiũ vbi
triſtitia eſt, ideo & tabernaculũ eius æternam ſa
C pientiam delegiſſe cõſequẽter aſſeruit: ecce conci-
pies & paries filiũ &c. Porro in aduerſis quis vn
q̃ patientiã eius, cõſtantiam, ſpiritualem hilari-
tatẽ, & ad alios cõpaſſionem ſatis poterit admira
ri, quę etiã ſuperbenedicti filij & ſui & dei patris,
veri dei, & veri hominis mortẽ modeſtia inimi-
tabili ſuſtinuit, cõſtanter reſpexit, nuſq̃ mœrore
nimio depreſſa, ſed mortaliũ calamitatibus, qui-
bus moriens ſuccurrebat, ex animo cõgemiſcẽs.
Sunt itaq; ſicut fragmen mali punici genę eius,
abſq; eo qđ intrinſecus latet. Nullius etenim intẽ
tio ita foras in opus educta, patet alienis indicijs
vt nõ plura ſoli deo & aĩę deuotę cognita, in men
te recondita perſtent. Aut forte abundãtiam cha
ritatis, in qua omnis intẽtio ſancta fundatur, &
lumen veritatis per qđ irradiatur, inſinuat, aut
ea quæ humanã circũſpectionẽ fugientia in omĩ
pia intẽtiõe diuino beneplacito cõmittere ſolemꝰ:
queãdmodũ in voto virginitatis virgo benedicta
feciſſe memoratur, virũ ſcilicet nõ cognoſcere, niſi
aliter diſponeret omnipotẽs: quę nonnunq̃ tanto
glorioſiora ſunt, & in oculis eius q̃ videt in abſcõ
dito gratiora, quãto diuinę voluntatis edicto. In
vtrãq; partem ſeſe humilius ſubijciũt. Sequitur



ſicut turris Dauid collum tuũ. Per virginis col
lum, eiꝰ obœdiẽtiam intelligi ſupra docuimus.
Obœdiẽtia autẽ recte turri comparatur, quia cũ
pœne nihil, preter propriam volũtatẽ torqueat
in inferis, dũ illã mactat obœdientię virtus, quaſi
turris nos ab omni tormento ĩmunes cuſtodit
Dauid etiã hęc turris dicit, q̃a manufortis xp̃s
patri factus obœdiẽs vſq; ad mortem, maluit vi-
tam perdere, q̃ illã, etiã ad totius ſanguinis diſpẽ-
diũ non retinere, tam ſublimiter cũ propugnacu
lis. i. exemplis, documentis, & vitę preceptis, ope-
rando, & docendo, conſummatã. Hãc enim vicem
imaginemq; (pœne dixerim) in obœdientia prece-
pta tenent, quã in turri ꝓpugnacula, per quę ad-
uerſariorum res gerendas ex alto deprehẽdimꝰ,
nec videmur: ferimus nec lædimur: vincimꝰ nec
ſuperamur. Dominum attende in pinnaculo, ſed
ex propugnaculo cum hoſte dimicantem: volens
enim hoſtis an deus eſſet necne dignoſcere. Si filiꝰ
dei es inquit, mitte te deorſum, & dominus: ſcri-
ptum eſt non tẽptabis dominũ deũ tuũ, dũ itaq;
preceptũ hoc intemptatione extulit, quaſi in pro-
pugnaculo ne cognoſceretur, delituit: nihilo q̃q;
minus hoſtẽ agnoſcẽs ipſe, fortiter ſupauit. Exẽ-
plo iſto palã aperiẽs, licere nobis per obſeruantiã
mandatorũ dei, ab omni hoſte ſecuris agere. Ex
hac quoq; turri rite oẽm armaturã fortiũ mille
clypeos pẽdere meminit cãticũ: licet eĩ ſolitudo,
ſilentiũ, abſtinẽtię, ieiunia, diſciplinę, vigilię, & cæ-
tera religiõis exercitia, nos in modũ clypei contra
tẽptatiões & hoſtis inſultꝰ muniẽtia, multa ſint
& diuerſa, quę obſeruamꝰ, vno tñ & ſolo obœdiẽ
tię bono, vt ex ſãctorũ patrũ iſtitutis cernere eſt,

cũcta nobis fructuoſa futura ſperamus. Quę cũ
ab oib⁹, q regulariter viuere decreuerũt, magno
ſtudio ſit ſeruãda ab his tñ q manũ ſuã miſerũt
ad fortia, tãto deuoti⁹ ac ſoliciti⁹, q̃to diſtrictius
aſperiuſq; ſubiere ꝓpoſitũ, ne ſi, qđ abſit, iſta de=
fuerit, tãti labores nõ ſolum careãt pręmio, ſed &
ſupplicĩu dãnatiõis ĩcurrãt. Atq tã ſingulari prę=
rogatiua ſup oẽs mortales poſt filiũ, dauidicam
hãc turrim in ſua cõceptiõe ꝟgo bñdicta recepit,
& quaſi hereditariã poſſedit, ac illi⁹ totã pulchritu
dinẽ & gl'ia3, ſic in ſe trãſtulit, & mirabiliter occu
pauit, vt toti⁹ legis (taceo ei quẽadmodũ & filius
ei⁹, nõnũq̃ a cerimõialib⁹ ceſſare ſine offẽ a potuiſ
ſet) ne apicẽ qdẽ pręterierit, q netiã dicta & facta ei⁹
vniuerſa, ſic ex diuino beneplacito pẽdebãt: vt ni
hil pulchrũ, nihil vtile, nihil ſalutare duceret, qđ
ab illo nõ manaſſet. Itẽ nihil ĩdecorũ, nihil ĩpoſſibi
le, nihil difficile iudicaret, qđ illi placere q̃q̃ pacto
cognouiſſet vñ cognita dñi volũtate, & rei gerẽdæ
ratiõe cõperta, angelo aſtãti ꝓtinus cõſenſit, dicẽs
Ecce ancilla dñi, fiat mihi ſecũdũ verbũ tuũ, & quę
in ꝟbo obœdiuit, ꝓ mũere, mirabile dictu, totius
obœdiẽtię ſpecimẽ, filium verbũ habere ꝓmeruit.

## Cap. XII.

¶ Agit de duab⁹ vltimis virginis prerogatiuis,
at tandẽ generaliter de indicibili ei⁹ pulchritudi=
ne, cũ excuſatione authoris ſup inſufficiẽtia ſua.

## Vox Chriſti.

DVo verbera tua ſicut duo hin
nuli caprę gemelli q paſcũtur
ĩ liliis donec aſpiret dies & in=



clinẽt vmbrę. Vadã ad mõtẽ myrrhę &
collẽ thuris. Tota pl'chra es amica mea
& macula nõ eſt ĩ te. veni de libano ſpõ
ſa mea, veni de libano, veni.

¶ Superbenedictã virginẽ vt dei mater eſſet obœ A
dientiæ promptitudinẽ, efficaciam, & elegantiſſi=
mũ nitorẽ, decimo loco accepiſſe docuimus. Sed
ſi mater vbi vbera? ſine his forſitan eſſe poteſt, ſed
ſine his mater eſſe nõ poteſt. Sũt itaq; & hæc ne=
ceſſaria, in neceſſarijs aũt nec deus, nec natura de=
ficiũt. Ait ergo duo vbera tua, ſicut duo hinnuli
gemelli capreæ, q paſcunt̃ in lilijs donec aſpiret
dies & inclinẽtur vmbrę, haud dubie duas poſte
riores natę virginis prerogatiuas, & pręcellentis
coronę eius ſtellas lucidiſſimas inſinuãs, quarum
ſplendor virtus & gloria illius oculos ſalubriter
ꝑſtrinxerat, qui matrem illã venerabatur dicẽs.
Maria mater gr̃æ mater miẽ. Hæc enim ſacratiſſi B
ma virginis vbera nũc prędicari arbitror. In q̊rũ
altero miſeris & peccatoribus miæ. In altero au=
tem lac gratię iuſtis liberaliſſime fundendũ acce=
pit. Nec mirũ, ſi quę poſtmodũ toti mũdo miam
& gratiã peperit. Ita vbertim & pręmature vtrãq;
acceperit, vt cæteris quoq; materno & affectu &
effectu ſuccurrere potuerit. Decebat enim autho
ris gratię matrẽ, & eius cui propriũ eſt miſereri
ſemꝑ & ꝑcere genitricẽ, gratię & miæ vberibus in
primis diteſcere, vt filiũ educans rem pctõrib⁹ ap
prime neceſſariã, ĩtimius cõfoueret. Sed nũc ſoler
ti⁹ indagandũ. Cur duob⁹ hęc duo caprę gemel
lis hinnulis cõpoſuerit. Per ſynagogę quã ſigna=

ri ĩ caprea iã diximus duos hinnulos duplicem illi⁹ prioris populi prĩcipatũ accipim⁹, ex quib⁹ alter inter deũ &hoĩes diſcurrẽs,aſſidue oĩpotẽtẽ placabat iratũ,ſacrificijs honorabat,& populo cõciliabat. Alter aũt exteriora ꝑcurrẽs, tẽporalia cõponebat,hoſtes reprimebat,ſuiſqua poterat arte pacis &trãquillitatis bñficia ꝓcurabat:& merito gemelli,vtrũqꝫ em̃ in lilijs paſcẽdũ eodẽ tp̃e ſynagogã accepit. Sũt aũt lilia Moyſes &Iudices,Aarõ & ſacerdotes,& reges, & duces,& ſacerdotũ principes, In quibus ꝓ morum conditione aliquãdo feſtiuior aliquãdo deiectior vterqꝫ principat⁹paſcebatur,fouebatur,ſuſtentabatur:donec legales inclinarẽtur vmbrę,figurę euacuarẽtur,prophetiæ implerẽtur,tenebrę diſcuterẽtur,nox vaneſceret,& dies aſpiraret.In quo xp̃s dñs verus ceruorũ hĩnulus rex & ſacerdos factus, imperaret in ęternũ.His igiť hĩnulis, mĩam & gratiã myſtica virginis matris vbera Salomon merito cõparat. Vtpote quib⁹ mũdũ percurrẽs, oĩbus occurrit, oĩbus ſuccurrit,oẽs irrigat, & infundit, & quod nõdũ nata deſuꝑ accepit (ab infantia ꝗppe creuit cũ ea miſeratio egreſſa cũ illa de vẽtre matris ei⁹) qđ de cęlo ſuxit,ſingulos etiã ipſa anticipãs largiter impẽdit,ex altero nimirũ mĩę vbere pc̃õrib⁹ veniã,exulib⁹ in patriã,inimicis in gratiã reditũ, pupillis ſubſidiũ, orphanis mr̃ẽ, deſtitutis opitulationẽ,errãtibus viã, naufragantibus portũ, periclitãtibus opem,tẽptatis auxiliũ,ęgris ſoſpitatẽ,deſperatis conſolationẽ,oĩbus in ſe ſperantibus ſalutẽ ĩpertiẽs,vt ꝓpitio altiſſimo potemur lacte,& ſatiemur ab vberibus conſolationis eius. Ex altero vero quicqđ ſplẽdoris, gl̃ię,& cãdoris:ꝗcquid hõeſtatis diſciplinę & religioſitatis, ꝗcqđ est virtutis ꝓbitatis & ꝑfectionis,euulſis a lacte hylariter effũdit,& ab ĩtroitu glorię eius in mũdũ, ępulãtur iuſti in cõſpectu dei.Porro ſi ex prima ei⁹ corona quã nõ fecit ſed accepit:tãtũ & illi gl̃ię, & nobis ꝓfectus obtigit, ꝗd futurũ ſperam⁹ vbi ꝓpriã idu ſtriã adiecerit,& ſc̃tis operib⁹ ſecũdã texẽs dõis cœperit reſpõdere cõditoris:Hãc ei creditur,vt ſecundam ſibimet fabricare,dignũ dei filio diadema pręparare, ac tertiã vere ĩmarceſſibilem gl̃ię coronã ꝓmereri poſſet,ĩprimis accepiſſe. Sequit. Vadã ad montẽ myrrhę & collẽ thuris. Appoſite oĩno:ibi em̃ virginis corona altera mirifico ſũmeqꝫ excellẽti artificio fabrefacta eſt:in tẽplo ſcilicet,qđ in mõte ſitũ fuiſſe fama eſt. Nã cũ de virgine naſciturũ xp̃m ꝓpheta teſtãte Iudęi didiciſſent,ſolicite curarũt in aduentũ eius virgines aſſeruari,educari,erudiri,& ab oĩ infamia & ſuſpitione ĩmunes cõſeruari. Vadã igiť ad mõtẽ myrrhę(inquit)& collẽ thuris ꝓculdubio,vt ſecundę hui⁹ coronę quã corporis integritas,& mẽtis deuotio pręſtãt,fabricã glorioſam videat,ꝓpẽdat,& magnificẽtius expẽdat. Et bene ad mõtẽ myrrhę, & collẽ thuris. Nã ſicuti vim ſacrificij apud deũ humiliãtis ſe virginis orõ ꝓmeruit,ſic & incorruptio,quã hic myrrha ſignificat, ex integritate carnis & mẽtis deuotione cõſurgentẽ & coaleſcentẽ, illã deo mire ꝓximam effecit vt ex illo tp̃e ei iure illud cantici deſtinatũ cenſeas, tota pulchra es amica mea & macula nõ eſt in te. Sine macula cõceptã & natã, biſqꝫ terqꝫ pulchrã, audiuimus,ſed nunc primũ totã pulchrã cõmendat,& ab omni prorſus inquinamento noſtrarũqꝫ ſordiũ conta- D

gio ſuus vēdicat īfantul⁹,& merito: quippe quæ nūc magnificēti⁹ p ſctitatis exercitiū pſtiterit ī opere qđ prius deſup acceperat in munere,& per culpę in opere admiſſę excluſionē oīmodā, longe illuſtriorē cōmēdatiorēq; apud oīm exiſtimationes,reddiderit īmunitatē tyrānidis origīalis.Ait ergo. Tota pulchra es amica mea ī opere quia ſobrie & iuſte & pie viuendo,macula non eſt in te, Tota pulchra es in corde, qa peruerſæ & iniquę, fictę & falſę,obliquę & mercenarię intētiōis,macula nō eſt in te. Tota pulchra es in aīa & corpore: qa mūdi,carnis,aut diaboli, macula nō eſt in te. Tota pulchra ī carne,tota pulchra ī mēte,qa ſctā mēte & corpore,macula nō eſt ī te.Tota pulchra in ſilētio & ſermone,tota pulchra in cōuerſatiōe, tota pulchra in legis obſeruatiōe,qa ſimulatiōis, vanitatis aut falſitatis,macula nō eſt in te.Tota pulchra in euāgelica pfectione,quia inobœdiētię, negligētię,aut tepiditatis:macula nō eſt in te. Tota pulchra in proſperitate & aduerſitate,in ſubiectiōe & prelatione: quia elationis & incōſtātiæ macula non eſt in te. Et vt ſemel finiam,tota pulchra ī oī re,loco,& tpe: qa cōtracti originalis,aut commiſſi,vel letalis,vel venialis:cogitationis,locutionis operis,& omiſſionis macula nō eſt in te.Q. ſi abrahę fidē,Yſaac cōtēplationē,Iacob ſimplicitatē,Ioſeph caſtitatē,Moyſi māſuetudinē,Ioſue fortitudinē,Iob patientiā, Samuelis obœdientiā,miam Dauid,ſapientiā Salomonis,rectitudinē Ezechię,religioſitatē Abel & Ioſię,zelū Phinees & Helię:& cōſtantiā mathathię. Si prophetarū,ſi ſacerdotū & leuitarū,ſi Iudicū,regū,& ducū,ſi deniq; oīm q fuerunt vel futuri ſunt poſt xpm ſpiritualia decora,luculēta merita, virtutes ac dotes,omi æuo ſumma cūueneratione celebrabiles, ſuſpiciat,miretur,& penſet.Hæc oīa nihiloſecius in vnū virginis orbem(quod non in alijs)abſolutiſſimis clauſa numeris reperiet, quia tota pulchra.Sed vnde tam pulchra.Veni de libano ſpōſa mea,veni de libano,veni.hīc plane,tam pręclara, tam completa, & omnibus admiranda virginis pulchritudo,a patre luminum, a ſplendore paternæ glorię,a candore lucis ęternæ,prędeſtinante,vocante,glorificante, & iugiter in auribus ei⁹ intonante, veni de libano ſponſa mea,per fidem, quia deſponſabo te mihi in fide, vt tuus ſit qui ſemper eſt filius meus. veni de libano per ſpem. nam ſanctę ſpei mater electa, cum vnicam gentium ſpem genueris, ac quaſi verum vnicumq; humanæ reconciliationis ſignum extuleris.In te quoq; qui ſperauerit,non confundetur. Veni & per charitatem, vt in matrem pulchræ dilectionis ſuperueniente ſpirituſancto conſecrata,in reliquis per merita tua multitudinem operias peccatorum. Coronaberis de capite amana, de vertice Sanir & hermon,de cubilibus leonum,& de montibus pardorum. Ordo pulcherrimus, vt de virtutum candore ad gloriam,de libano ad coronā,virgo ſacrata tranſiret. Candorē enim ſiue candidationem liban⁹ interpretatum ſonat, a quo per firmā fidē ſpē incōfuſibilē, & inoccidua charitatē virgo benedicta progredit,nō in cęterarū ritū ſecū in templo adſeruatarum, aut cōgenitas,aut admiſſas ſordes abluēs,ſed cęleſtē & genui nū virtutū oīm cādorē cōſeruās,ac īgēti ſtupēdoq; ſtudio & alacritate multiplicās.Porro in pręſenti

capitulo campũ dicendi patentiſſimũ affluentiſſi
mãq; marianę laudis ſegetẽ illapſus, ingenue fa=
teor rerum magnitudine deterreri, proprięq; mi
hi inſcitiæ rationem belle obtinens facile in ſen=
tentia habeo, vt properantius tantam copiam
trãſcurrã, & extremis, vt aiunt, labijs attingam,
quia ſi mẽbra mea oĩa verterenꝫ in linguas expri
mere nequaq̃ ſatis poſſem, q̃ hic ſub diuerſis ſym
bolis Salomon, immo ſpũſſanctꝰ, ſtudioſis & de
uotis ingerit, de virginis eximijs ſacrę cõceptiõis
& natiuitatis ꝓrogatiuis, de ꝑſentatione eius in
tẽplũ, & cæleſti cõuerſatione: de fide, ſpe, & charita
te, de prudẽtia, tẽperantia, fortitudine, iuſtitia, &
alijs virtutibus, priuilegijs, dotibꝰ, myſterijs, &
ꝑtinentibꝰ ad dominicã incarnationẽ ſacramẽtis.
Sed ea ipſa vt guſtũ breuitas cõciliet, paucis pro
ſimplicioribus ꝑlibaſſe ſuffecturũ exiſtimo. Cęte
rũ ſi qs hoꝝ cupiditate ampliori teneatur, penes
oĩm manus ſunt homilię ac ſermones lucubra=
tioneſq; eruditiſſimę cõpluriũ ſanctoꝝ, quas ſuo
cuiq; ꝓpoſito aptare licebit, & ex illis opulẽtius
G q̃ ſenetijs noſtris ſaginari. Nec male queq̃ habe=
at, ſi de virgine Maria ſecus illi, ſecus ego libri hu
ius ſentẽtias aliquas expoſuimus. Illi eñ ſigilla=
tim ſumptas in propoſitũ ſuũ mirabili ingenij
alacritate deflexere, Ego vero vbiq; hiſtorię ſerui
re cõpellor, & non quę velim aut poſſem, ſed quæ
rerũ cõtextus exigit afferre: diuerſa quidẽ, ſed di=
ctis eorũ, ſi nõ fallor, haudquaq̃ obluctantia: ve=
rum ad id vnde digreſſi ſumus redeuntes, quid
nunc dicat audiamus.

## Cap.XIII.

¶Oſtendit a contrario virtutes quatuor cardi=



nales virgini infuiſſe, ac tandem de ſumma eius
charitate ad deum, & ad nos miſeros.

## Vox Chriſti.

Coronaberis de capite Amana
de vertice Sanir & Hermon: de
cubilibus leonum de mõtibus
pardorum. Vulneraſti cor meũ ſoror
mea ſponſa, vulneraſti cor meũ in vno
oculorum tuorum, & in vno crine col=
li tui: q̃ pulchrę ſunt mãmæ tuæ ſoror
mea ſponſa: pulchriora ſunt vbera tua
vino & odor vnguentorũ tuorũ ſuper
omnia aromata.

¶Coronaberis &c. Coronam ſolis legitime certã= A
tibus, authore Apoſtolo repoſitam ſcimꝰ, vt vir
ginẽ in agone contendiſſe, nullo pacto in dubita=
tionis aleã reuocemus, cui virtutũ oĩm, nedum
ſimplicis iuſtitiæ corona decernitꝛ. Coronaberis
de capite Amana, inquietũ & turbulentũ Amana
interpretatũ ſonat, de cuius capite virgo corona
ri recte dicitur, quæ in tẽplo cũ cæteris præſenta
ta, dũ ſecũ morando, ſedendo & quieſcendo impru
dentis, turbulentę, & ꝑcipitis inquietudinis occa
ſiones viriliter eliſit, veluti contrito dei vigiliarũ
capite, circũſpectionis & prudẽtię coronã repor=
tauit. Reportauit & temperantiæ, dũ ieiunijs, &
orationibus, & ſanctiſſimę virginitatis excolendę
virtuti iugiter feruideq; addicta, cuiuſcunq; im
puritatis aditus ſibi abſtruxit, nedum luxuriæ

fœtorē quē Sanir interp̄tatū deſignat. Solet autē
ſedētibus,ac ſobrietati quietiqꝫ ſpirituali deditis,
malorū oīm parēs ocioſitas īſidiari,quæ vbi præ
ualuerit,Hermonij eiuſmodi īcolas putes, vtpo
te quos nec frigidos,nec calidos de ore ſuo euome
re deus videaꝶ,tantūqꝫ in modū ꝓpulſare,anathe
matiȝare,ſeparare,& a peſſimorū optimorūqꝫ cō
ſortio lōge lateqꝫ eliminare,vt oīm miſerrimi,nec
cū bonis & ſpūali igne ſuccēſis per indefeſſum vir
tutis ſtudiū gratiā & gloriā ꝓmereri,nec cū ma-
lis & peccati algore rigentibꝰ pœnitētię remedia ſi
bi neceſſaria recogitare vllā in partē meditantur.
Porro luem hāc teterrimā,& vitę quietioris exci
diū, ac hoſtili riſu digna ſabbata nullus euadit,
niſi aīæ fortitudine vigore & alacritate inſignis,
& in dilectionē morte fortiorē ſuccenſus:qua du
ce inter corpis ocia, mētis tractet ſumma nego-
cia,vt ꝑ iuge inuicti ſpūs exercitiū,mereaꝶ de ver
tice hermon,& de qbuſlibet teterrimi anathema-
tis huiꝰ euictis occaſionibus coronari:quēadmo
dū de virgine glorioſa credere ratio pia ſuggerit,
nimirū muliere forti,q̄ dum accinxit fortitudine
lūbos ſuos , & roborauit brachiū ſuū, dū manū
ſuā miſit ad fortia, & digiti eius apprehenderūt
fuſum:dū manū ſuā aperuit inopi,& palmas ſu
as extendit ad pauperē:dū os ſuū aperuit ſapien
tię,& lex clemētię in lingua eiꝰ:dū cōſiderauit ſe-
mitas domꝰ ſuę,panē dubio ꝓcul ocioſa nō come
dit,quin potius cū eſſet fortitudo & decor indu-
mentū eius,omi ocioſitatis eliminata colluuie,ꝓ
meruit de vertice hermon ſingulariter coronari
Cęterū hi mōtes,vt in illis ſignari ꝟtutes poſſēt,
nō ſunt in terra ſancta,ſed vt virtutū extrema vi



cioſa,illā determināt,& cingūt,de quorū aut capi
te aut vertice coronāda ꝟgo bñdicta ſignāter aſ-
truiꝶ,nēpe q̄(vt iā diximꝰ)purgati animi ꝟtuti-
bus priꝰ inſignita,nō tā vitia ipſa,q̄ vitiorū ſemi
naria & fomēta,aditꝰ & irritamēta reſciderit,ex-
pugnauerit,ſupplātarit, & cū capite ſerpētis ob-
triuerit.Enūuero nōdū in quo cubilia leonum,&
mōtes Pardorū ꝑ occaſionē vt cętera, ad coronā
iſtā capeſſendā coadminiculenꝶ expſſimus. Adiu- B
uāt aūt(vt dignū eſt)cū cæteris euicta, & ad glo-
rioſę coronę ꝓmerēdę ſtadiū implēdū nō medio-
cri ſunt viſui,iuſtitię pulchritudinē p̄ſtantes, &
illius decorē inuiolatū,imperturbatū, & numerꝭ
oībꝰ abſolutū relinquētes. Nulla em̄ re crebrius
impediꝶ iuſtitia,q̄ aut ꝑ immodicā potentię ſibi
ſtulte incōſulte,atqꝫ arrogāter applaudētis,& pla
cētis inſolētiā,aut hypocriſis ementitā ſanctimo-
niā.Nā ſectatoꝝ earūdē ad iuſtitiæ ſubuerſionē
aīo vno,ſed tramite diuerſo certantiū,vt ſibi con
ſulant,nihil criminis nō impudēter admittūt illi
vt aūt oībꝰ mōtiū inſtar ſpectabiles habeanꝶ, ni-
hil boni nō adfingūt iſti,cęlū terrę miſcent,vt ſoli
ſint illi,lupina ſub ouinis pellibꝰ vitia cōtegūt,&
virtutē quidē abnegātes nullo nihiloſecius ſe vir
tutū fuco nō palliātes illiꝰ vbiqꝫ ſpeciē p̄tendunt
iſti,vt ſoli videanꝶ,iuſtitiam deniqꝫ perſequunꝶ,
illi re ſi poſſunt, ore ſi acrius nō poſſunt,illā ve-
ro iſti aīo re & ore mētiunꝶ.illi in congregatione
ferina ſingularitate ſibi ſolis contendunt licere
oīa, iſti autem ſibi deberi omnia. Et bene ſi per-
pendas leonibus cubilia, & pardis mōtes adſcri-
pſit. A bono quippe,quod ſine humilitate nō fit:
quieſcere habet leonina ſuperbia . Malum vero

pardalis & maculoſa vafrities, qa illud virtutũ
montibus occulit, declinare cõtemnit. Atqui vir-
go ſanctiſſima declinare a malo, & facere bonum
auo ſuo inſtruente doctiſſima ꝑ humilitatẽ quę
implet oẽm iuſtitiã meruit ab vtraqꝫ peſte ſecu-
ra cõmendari, & de vtraqꝫ pluſq̃ viriliter trium
phans coronari, quę nec de patriarcharũ, regũ &
ducũ inclyta ꝓpagine, nec de ꝓphetarũ titulis ſin
gulariter inſoleſcere viſa eſt, nec ꝓ meritorũ ma-
gnitudine, & verarũ (in illa eñ ſimulatũ quippiã
nephas eſt vel cogitare) virtutũ gloria optauit in
ter cæteras quaſi ſpectabilis honorari, quin po-
tius cũ ad filij dei maternã dignitatẽ: qua haud
iniuria dubites: potuerit ne illi dignius aliquid
cõferre altiſſimus) aſciſceretur, ait: Ecce ancilla do
mini. Mater ob ſingularem excellẽtiã eligebatur,
& ancillam ꝓpter humilitatẽ profitebať. Illã præ
terea creaturis oĩbꝰ ſuperiorẽ merita paſſim eue
hebant, & rurſus ipſa ſeſe infra oĩm ſortẽ abiectiſ
ſime ſubmittebat. hinc in euãgelio, Pater tuus in
quit & ego, & in actis Apl'orꝫ, hi oẽs erãt ꝑſeuerã
tes vnanimiter in orone cũ mulieribus & maria.
C matre Ieſu: tñ abfuit vt vnq̃ vel ſola eſſe, vel pri-
ma videri voluiſſet. Sed quid illã diutius de car-
dinalium virtutũ multiplici hoſte triumphantẽ
ſuſpicimus, quaſi glorioſius non fuerit antiqui
ſerpentis caput virtutis pede obtriuiſſe, & malo
rũ oĩm archetypõ ſuperaſſe. Miremur potiꝰ quo
modo inſuperabilẽ vincere, & deũ virtute ineſti-
mabili de cęlis in terrã, vt ita dicam, deducere po
tuerit, ac inuulnerabilẽ vulnerare. Sic eñ ait, &
victrici ſuę victus ipſe acclamitat cãtico amato-
rio. Vulneraſti cor meũ ſoror mea ſponſa, vulne



raſti cor meũ in vno oculorum tuorũ, & in vno
crine colli tui. Cordis vulnus immedicabile, certã
ſtatuit victoriã triũphãti, vt iure virginẽ exiſti-
mes, idcirco & priores pugnas obijſſe, atqꝫ vſam
potitãqꝫ victoria, cuiꝰ perinde atqꝫ gradu, ad al-
terã hãc fieret inſtructiſſima. Soror inqt, vel qa
cũ illo cõmunẽ eundẽ nacta patrẽ, vel qa cõmunẽ
cum illa noſtrę mortalitatis ſortitꝰ eſt terrã. Sed
ſponſa quare, & non mater potius, cũ ex illiꝰ vte
ro hæc cõcinens nunc proceſſerit, ac in illius gre-
mio vt conijcere fas eſt requieſcat. Mater vt ſu- D
pra diximꝰ nomẽ eſt principij: nuſq̃ ergo illo no-
mine vtiť, niſi cũ de ea quã dedit ſingillatim agiť
hũana natura, nũc aũt vulneris, a quo virtꝰ exit,
nõ virus, ꝑ quẽ vulnera nr̃a ſananť, cui cicatrix
ſine ſalute noſtra nõ venit, cuiꝰ liuore ſanati ſu-
mus, qđ & redamãtes conficit ad ſalutẽ, vulneris
inquã illius nõ eſt virgo benedicta principiũ, aut
q̃libet alia creatura, nõ eñ qa prius dilexerimus
deũ, ſed qa prior dilexit nos, hoc intimę dilectiõis
vulnere, ita nobis fuit affectus, vt inde quoqꝫ ad
mortẽ crucis in ſalutis inſtaurãdę nobis gratiã
cõfectꝰ ſit. Qua in re factum eſt, vt qm̃ virgo be-
nedicta, nouo Ade, noua Eua in adiutoriũ data
fidelis aſſiſtit, fidelis cooperať, & vſqꝫ ad mortem
fideliſſime ꝑſeuerat, recte ſponſa nomineť & ſit, vi
ro ſuo haud dubie multo fidelior, q̃ hipſicratea,
porcia, martia, aut cornelia, mithridati, Bruto,
Catoni, vel Põpeio fuerit, aut Oreſti Hermione.
Sed his ad alios potiꝰ ſcriptores reiectis, vt nobis
oĩs oronis oꝑationiſqꝫ cardo, in Chriſti & chriſti
parę reuoluať encomiũ, ſic fidei (q̃ cũ in aduerſis
tũ in ꝓſperis ſpõſi ac ſpõſę ꝑcipuũ eſt) tenacẽ vir

ginem credamus, vt cōſtātiorē ꝑferre, nec hūanę
B hiſtorię potuerit nec diuinę, Vulneraſti cor meū
ſoror mea ſpōſa, vulneraſti cor meū in vno ocu=
loꝝ tuoꝝ, & ī vno crine colli tui. Repetitio vulne
ris vehemētiā īſinuat penetrantiſſimi, pꝗ oīa ei⁹
viſcera graſſant; amor; quā redamādo ꝟgo ſera=
phica q̄ſi refricādo amica manu excitabat, foue=
bat, recenterq; aſſidue ſautiabat, ac redintegratis
ſemꝑ ignib⁹ materiaq; ꝟtutis iugiter exaggerata
inflāmabat, in vno oculoꝝ ſuoꝝ, & in vno crine
colli ſui. Perſpicaciſſimis etēm cōtēplatiōis & pro
phetię oculis, & dei gloriā & noſtrā ſalutē virgo
cherubica intuebat, ac illū oīa in oīb⁹, & oēs ī illo
ꝓſpiciebat, ſed dextero illū oīa in oīb⁹, ad ei⁹ gloriā
altero aūt oēs in illo ad noſtrā ſalutē. Enīuero ex
ſagittarię diſciplinę vſu, nōnūq̄ vt dexterū forti⁹
intēderet, ſiniſtrū claudebat, vn̄ qa vnū ꝓſpexit,
vnū petijt, vnū reqſiuit, & nō tā plura, vago īcir
cūſpectoq; appetitu circūſpexit, q̄ vnū pure ſuſpe
xit. hinc factū eſt, vt in eū q vere vn⁹ eſt dirigens
vulneraret, quaten⁹ ꝑ plagā cordis denuo in ipm
ſubītrarēt oīa ad ſalutē, & ipe vn⁹ in oīb⁹ illis oīa
eſſet ad gloriā. Cōmodūq; adiecit in vno crine col
F li tui, quippe vnitatē quā in ſpūali viſione tenuit
in opere, qd̄ ex obedientia ꝓgignit, accurate ſerua
uit. At forte metuat quiſpiā neglectui eſſe, dū ſa=
lutē noſtrā a virgine ꝓuida ex ęquo cōſpici pen=
ſat, vanā hāc formidinē infans foras mittit chari
tas dicēs. Q̄ pulchrę ſunt mammę tuę ſoror mea
G ſpōſa, pulchriora ſūt vbera tua vino, & odor vn
guētoꝝ tuoꝝ ſuꝑ oīa aromata. Vn̄.n. māmarū &
virginaliū vberū pulchritudo, virt⁹, & fragrātia
niſi qa mīa & grā ex cęleſti illo vulnere diuinitus



ſcaturiētes, illa rigauere, locupletauerūt, ac ad bo
norū & maloꝝ, iuſtoꝝ & iniuſtoꝝ, & breuiter, mi
ſerorū oīm reparationē, ſolamē, ſalutēq;, affatim
effluere fecerūt, torrētiſſimeq; inundare. hinc ſo=
rorē repetit, & ſpōſam vocat, qa eiuſdē in nos mi
ſericordię, ac largitatis recepta eſt ab illo cōparti=
ceps, & ꝯdiſpēſatrix fidelis. Cęterū māmas fęcūda
rū tm̄: vbera aūt & virginū eſſe qdā putāt, ſed dū
vtrūq; poſuit hāc miſericordię & gratię copiā illi
neutiq̄ defuiſſe oſtēdit. Porro ei⁹ vbera vino pul
chriora iure optimo cōfirmat, illā em̄ miſericor=
dię & gratię cōdonatio clariorē, & deo cui⁹ miſe=
rationū, neq; modus eſt, neq; numerus, ꝓpi⁹ ac
venuſti⁹ aſſimilauit, q̄ peritia ei⁹, quātūuis exqſi
ta & acuta, cū iuſtitia ī lege. Odorē quoq; vnguē
torū ei⁹ ſuꝑ oīa aromata ſcitiſſime & merito ex=
tulit. Nō.n. fuerūt allata aromata talia & tā mul
ta, vt hæc q̄ regina Saba ineſtimabili charitate ca
lamitatib⁹ exulū filioꝝ Adā miſerijs & ęrūnis cō
paſſa opēq; facultatū ſuarū īpertita, a finib⁹ ter=
rę in Hieruſalē cęleſtē attulit Salomoni multi; ni
mirū illius exēplo monitis & interceſſione, ad me
liorē vitę frugē, & cęleſtiū chariſmatū ęmulatio=
nē, & ad ſpiritualē vitę cęleſtis odorē, ardēti deſi=
derio ſuſpirātib⁹. Nulli⁹ em̄ ꝯuerſatio poſt Chri
ſtū virtutes, monita, & ꝑces ad vitæ melioris &
ſanctę cōuerſatiōis ꝓpoſitū, ſic ſpūali odore pelli=
cit ineſcat, attrahit, immutat, inflāmat, & incēdit
vt virginis cui⁹ patrocinio, ope & ęmulatione cō
gregāt quidem filiæ multæ diuitias, ſed illa ſuꝑ=
greditur vniuerſas.

## Cap. XIIII.

¶ Aperit diffuſius perbenedictam dei matrem & ante partum, & in partu, & poſt partum virgi= nem fuiſſe, ac tandem de ſpiritualium filiorum propagatione eius myſtica diſſerit copioſius.

## Vox Chriſti.

FAuus diſtillans labia tua ſponſa, mel & lac ſub lingua tua & odor veſtimentorū tuorū ſicut odor thuris. Ortus cōcluſus ſoror mea ſponſa, ortus concluſus, fons ſignatus. Emiſſiones tuę paradiſus malorum punicorum cum pomorū fructib⁹. Cypri cum nardo, nardus & crocus fiſtula & cinnamomum cum vniuerſis lignis li= bani myrrha & aloe cum omnibus primis vnguentis.

A ¶ Vim cęlo intuliſſe filiam Sion, & mente excedentem deo in vno oculorum ſuorum, & in vno crine colli ſui potentem dominū cęlorū vulneraſſe, ſatis ſuperq; pręmiſſis edocetur. Atqui (vt ſit ſæpius) & victricem flere (quēadmodū dicitur) nō= nullis ad calūniā rapere promptū eſſet, at ſobriā nobis factam aſſerere ſine irreparabili virginita= tis ſuæ periculo in partu & poſt partum vberū fœcūditatem & mamillarum vbertatem minime reportaſſe. Huiuſmodi ſycophātas vt auguſtior eſſet victoria, victus ipſe pugnādi formā, & ĩuio=



latam triumphantis gloriā efferens, conficit, confodit, & cōfundit. Fauus diſtillās inquit labia tua ſponſa. Ecce pugnādi modus ſupra modū nouus ſiquidē vt portas hoſtiū ipſe ſubuerteret, noua bella elegit deus. Stetit heſter in atrio dom⁹ regię interius per contēplationē erecta: diffuſa eſt gra= tia in labijs eius, facta ſunt fauus diſtillās labia ei⁹, quia ſermonē cōpoſitū & beneſonantē in auribus cęleſtis aſſueri ꝓtulit, & labijs charitatis ſuę humilitate penetrātis illū percuſſit dicēs. Ecce ancilla dñi, fiat mihi ſecundū verbū tuū. Tū cor leonis de tribu Iuda (quippe ꝙ nullo potuerit telo felicius q̄ charitatis humilitate, & humili chari= tate trāſuerberari) ſtatim immutatū eſt, & reſpiciens humilitatē ancillę ſuę, vt illā ſignū ſuperbię ſupra q̄ cuiq̄ loqui phas eſt abominatē vidit, fe= ſtinās de ſolio ſuo deſcēdit, & ad ꝯuiuiū qd̄ opere ſpiritus ſancti parabat, intrauit, ac volūtati he= ſter morē gerēs lętus accubuit. Fitq; re vera mel & lac ſub lingua matris ei⁹. Nam mel qd̄ de cælo B
cū rore cadit, diuinitatis eſt ſymbolū, & lac de terra procedēs, humanitatis argumentū: quæ duo Aſſuero virginale tricliniū ingrediente, in perſonę vnitatē mirabiliter coierunt: quibus tam alienū eſt, vt corrūpi aut coinquinari ꝟgo ſacra potue= rit, q̄ a fauo eſt amarulentia, & a lacte macula prorſus oīs diſcrepātiſſima ac ſeiūctiſſima. nā fi= de cōcepit, & fide peperit, & qa verbo credidit, verbū procreauit, verbo angeli, verbū dei. Quāobrē ſi in cōi vita mortalium nō eſt credere, ſola verbi humani edita enūciatione, virginē corrūpi. Quę C
tandē iſta fuerit iniquitas, gratioſam dei matrē Mariam prodeunte a ſe dei verbo, ꝑditę virgini=

tatis accerſere. Cuius odor veſtimentorũ, quibꝰ
ad ſe ingreſſum regẽ induit, ſicut odor thuris cõ
mendatur, quia propter inhabitantẽ diuinitatẽ,
humanitas illa eadẽ veneratiõe cũ vnita diuinita
te colitur & adorat̃. Si tñ ad virginaliũ veſtimen
torũ fragrantiã verba præmiſſa deflectere magis
viſum erit, nihil refragor, aſſiſtẽs quippe regina
a dextris epulãtis aſſueri, ĩ veſtitu deaurato vir
tutũ circũdata varietate, ex hoc nũc & vſq; in ſe
culũ, dũ petit dari ſibi animã ſuã pro qua rogat,
& populũ ſuũ pro quo obſecrat, exaudit̃ pro ſua
reuerẽtia, q̃a materna eiꝰ vbera, pãni, cunę, & lin
thea, & cętera nutricis officia, ſuaueolẽtiſſime &
in modũ thuris quãtũlibet exquiſitiſſimi, redolẽ-
tis oratiõis virtutẽ, inſtantiã, & merita, vincunt
& excedũt. Sed dũ vbera attẽdis, a lactantẽ perpẽdis
& puerũ audis fortuito vagientem, caue ne vlla
oboriatur temeratę ꝟginitatis ſuſpicio, neue exi
ſtimes naſcẽtẽ matri haudquaq̃ detuliſſe, q̃ naſci
ex illa ob hoc potiſſimũ voluit: vt incorruptiõe
oĩa & immortalitate naſcẽdo, patiendo, & morien
do, donaret. Audi potius dicentẽ, & de ea quã talẽ
elegit, fecit & cõſeruauit teſtificantẽ. Ortus cõclu
D ſus ſoror mea ſponſa, ortus cõcluſus fons ſigna
tus. Ortũ appellat vtiq; propter fœcũditatẽ, cõ-
cluſum autẽ ex virginitatis gloria. ait ergo ortꝰ
cõcluſus ſoror mea ſpõſa, q̃a ante ptũ, ortꝰ ꝯclu-
ſus, quia virgo in partu, fons ſignatus, q̃a virgo
poſt partum. Hic aũt vt & perpetuã virginitatẽ
aſtrueret, & myſticã ſpiritualiũ filiorũ ꝓpagatio
nẽ non negaret, ortũ cõcluſum tertio nõ repetit:
nã cũ orti huius porta orientalis, ꝑ quã mun-
dũ ingreſſus eſt dñs, non aperiatur: ſed ſit clauſa



teſte propheta, etiam principi: videret̃ oẽm ſpem
emolumẽti ſpũalis funditus ademiſſe, ſi ꝑpetui-
tatẽ virginitatis eiꝰ poſt partũ, ſub orti cõcluſi &
nulli ad ingrediẽdũ patẽtis ſymbolis deſignaſſet. Il-
lã igit̃ inſignati fõtis ſymbolo appoſitiꝰ expſſit: vt
eñ ſine ſui iniuria dignoſcit̃ fons ſignatus, intus
erumpẽs, & corrũpi neſcius in aquas plurimas
& puriſſimas redundare, ſic virgo ſacrata perpe
tuo aquis gratiarũ ſcaturiens: vt cęlum repleat,
ſpirituales filios virginitatis gloria permanente
cõcipiendi, pariendi, educãdi, nullũ præſenti æuo
finẽ facit, ſicut ipſe ait. Emiſſiones tuę paradiſus
malorũ punicorũ, cũ pomorũ fructibus. Quan-
tis cęleſtiũ deliciarũ copijs ortum hũc volupta-
tis, manu dñi plantatũ a principio, cultũ, irriga-
tũ & conſeruatũ affluere par eſt ęſtimare, a quo
integer padiſus emanat & ꝓpagat̃, nõ qualiſcũq;,
ſed malorũ punicorũ, cũ pomorũ fructibus. In
malis punicis ſub vno cortice grana multa, nu-
mero diſcreta magis q̃ ſpecie, miro ordĩe, & diſpo
ſitione pulcherrima coherẽt, & cõquieſcũt: vt ĩ il-
lis religioſas ſanctorũ cõgregatiões, & in eis vna-
nimiter cõuerſantes, nũero diſcrepãtes nõ aĩo, ſed
vno corde, & tota intẽtiõe ad patriã ętheriã aſpirã
tes ſignatos arbitrabere: quorũ formã & viuẽdi
normã ꝟgo ſacrata, in tẽplo cũ gregalibꝰ iuuẽcu
lis cõuerſata tenuit, exẽplo ſuo multiplicauit, &
ſanctiſſimis ſuis meritis ac ꝓcibꝰ nulla nõ die for
mat, auget, roborat, & confirmat, ac ſollicitudinẽ
oẽm & tuitionẽ pacatiſſimã impẽdit: nec illis tñ,
ſed & pomorũ fructibꝰ, ac vitę priuatę viam cõ-
munem corripientibus: vt ex vtriſq; ſuo ſtudio
cura, protectione, ſollicitudine, & interceſſione,

ſpiritualẽ maturitatẽ cõſequutis paradiſum im
pleat & conſummet: ſintq; hę myſticę emiſſiones
eius,ſicut habes,paradiſus malorũ punicorum,
cũ pomorũ fructibus. Sint & cypri vel cyperi cũ
nardo,nardus & crocus, fiſtula & cinnamomũ,
cũ vniuerſis lignis libani. Sint poſtremo myrrha
E & aloe,cũ omnibus primis vnguentis. Hic mea
quidẽ ſentẽtia, duo ſunt elegantiſſime deſignata,
ad cęleſtem patriã ſuſpirãtibus neceſſaria,ingens
ſcilicet ſanctę cõuerſatiõis ſtudiũ, & ne in illo ſuc
cũbamus internę frequẽs vnctio cõſolationis. In
vtroq; aũt perbenedicta dei genitrix ſuis ſuccur
rit abundãtius. In altero quidẽ, nã emiſſiones ei9
cypri cũ nardo,nardus & crocus, fiſtula & cinna
momũ,cũ vniuerſis lignis libani:aut igitur legẽ
do,meditando & contẽplando ad cęlũ e libano cõ=
tendis, & per cęleſtis ſapientię humilẽ ſcrutatio=
nẽ,cyprus es cũ nardo: nardus ꝓpter humilita
tem, cyprus propter contẽplationẽ. ſimilitudinẽ
eñ multiformem habet ſemen cypri cũ mãna,vt
cęleſtẽ intelligẽtiã in eo ſignatã(ſicut in nardo hu
F militatẽ) nemo ĩ dubiũ reuocare habeat. Aut for
te minus ad contẽplationẽ idoneus: vt nihilo ſe=
cius ad ſuperna peruenias,in humilitate operi=
bus charitatis intẽdis,& tũc nardus es,& crocus
nardus propter humilitatẽ, crocus propter cha
ritatẽ:vt eñ ſuũ colorẽ quib9 admiſcetur crocus
impertitur,quaſiq; liberaliter diffundit, ſic cha=
ritas oĩm forma & cathena abſoluta virtutũ na
tiuũ ſuũ ſaporem meritorijs oĩbus operib9 no=
ſtris elargitur & impẽdit:aut deniq; purgatoria
pœnitudine vim cęlo facere,acriq; virtute animi
ex cilicio & cinere in ipſm irrũpere feſtinas,& fiſtu



la es ac cinnamomũ. Fiſtula propter pœnitẽtiã,
quę noxiũ ęſtum refrigerat, & corruptos humo
res ſegregat,diſſoluit,egerit, atq; expellit: Cinna=
momũ ꝓpter fragrantiã humilitatis, ex carnalis
corticis cinerea mortificatiõe, & frequẽti ꝯfractio
ne exhalãtẽ. Cinnamomũ quippe paruę cuiuſdã
arbuſculę cortex eſt cinerei coloris, dũ quaſſatur
maxime ſuauiterq; redolens. Et vide ꝙ vbiq; ali
quid ad humilitatem pertinẽs poſuerit,ſine qua
nec gratias agere,nec omniũ q̃ poſſideas decimas
dare,nec bis ĩ ſabbato ieiunare multũ ad cęleſtia
nitẽtibus ſuffragatur. Cõtra, ſi illa ꝑſente etiam
iſta defuerint, inueniaris nihilominus,humilli=
ma virgine intercedẽte,cũ vniuerſis lignis libani
iuſtificatus. Multos cõtẽplatiuos humillima vir
go ad ſupernã gloriã ſuo exemplo & prece illecta=
uit. Pluſculos miſericordię & pietatis operibus,
ſua ꝯuerſatiõe & interceſſione prouexit. Plęroſq;
demũ in pœnitẽtię lachrymis & cinere iacẽtes pe
culiari vitę ſuę auſteritate, & orationib9 ſanctis
ad ęternę glorię ſpem arctã erexit. Sed multo plu
res meritis humiles,horũ egentes,& minus atq;
decebat ad cęleſtẽ gloriam cõſequendã locupletes,
ſuis abundãtiſſimis meritis,& ſanctiſſima inter=
ceſſione liberauit,locupletauit,& cæleſtiũ gaudio
rũ fecit eſſe participes,quos in vniuerſis lignis li
bani ſignificatos puto, vſq; adeo lignorum libani
nullũ eſt,qđ ſe abſcondat a calore charitatis eius.
Poſtremo laſſaris forſitã,& arduũ pœnitẽtiæ,&
virtutis iter cõſcendens fatigaris:ad Mariã reſpi
ce,ad illã toto corde clama, ad illã tota mẽte con=
uertere. nã emiſſiones eius myrrha & aloe cũ oĩ=
bus primis vnguentis:fide indubitata ꝑſuaſum

conſtet,inuocata non deerit,nec pijs obſurdeſcet
votis:ſed pugilẽ ſuum vnget, & palæſtritem ſuũ
ſpiritualibus cõſolationibus inſtruet,& fouebit,
myrrha & aloe roborabit, cũ omnib⁹ primis vn
guẽtis,ac cęleſtium confectionũ inæſtimabili vir
tute & gloria,quã nemo nouit niſi qui accipit,for
midine omni procul abſterſa confortabit,confir⸗
mabit,ſolidabitq́3, & illũ ad pugnam lõge inſtru
H ctiorem,excercitatiorem,conſtãtiorem,& pręſtã⸗
tiorẽ efficiet.Porro in vnguentis ex myrrha aut
aloe cõfectis,gaudiũ accipe,& internã animi lęti⸗
tiam,ex carnis mortificatione, aut cordis ab ope
ribus mortuis emũdatione,excellẽtiſſima vnguẽ
taria virgine Maria cooperãte,amœniſſima ſua⸗
uitate erumpẽtem. Simul illud mecũ velim con⸗
ſideres de om̃ibus primis vnguẽtis tacentẽ(duo
quidẽ in ſe magna ſed priorũ comparatione par⸗
ua expreſſiſſe) partim quantũ humilia in autho
ris & matris humilitatis oculis haberent gratiæ
partim noſtrę ædificationi conſultum volens: vt
iſtorum tantam efficaciam pluries ipſa auxilian
te experti,meliora & indicibilia cuperemus , cu⸗
piendo ipſa deſiderium noſtrum dilatante cape⸗
rem⁹,& ipſa tribuẽte capiẽdo fœlices efficeremur
illorũ pro modulo noſtro & captu facti p̃ticipes.

## Cap.XV.

Agit de myſtici orti duplici irriguo fonte
& puteo, & de duobus ventis: ac tandem
tranſitus fit ad conſequentia Chriſti nati
uitatẽ ſacramenta, circunciſionẽ ſcilicet &
nominis Ieſu impoſitionem.



## Vox Chriſti.

FOns ortorũ,puteus aquarũ vi
uentiũ quæ fluunt impetu de
libano.Surge aquilo & veni au
ſter,perfla ortum meum & fluent aro⸗
mata illius. ℭVox Marię.Veniat dile⸗
ctus meus in ortum ſuum vt comedat
fructum pomorum ſuorum.

ℭParadiſum malorum punicorũ, cum pomo⸗ A
rum fructibus , & ortum diuerſis aromatibus
conſitum,cũ vniuerſis lignis libani re vera qua⸗
ſi ſiluam lignorũ in nobis virginali ſolertia ger⸗
minantiũ aſtruxit,& elegãter deſcripſit. Enimue
ro pro arenti terra noſtra relictus ingens locus
formidini eſt, ne prę ariditate, minus atq́3 dece⸗
bat,virginis ſudoribus reſponderet , niſi ſollicitę
pro nobis & altius ſuſpiranti filiæ ſuæ , cæleſtis
pater condeſcendens , benedictione permagnifica
iunxiſſet & irriguam. dedit itaq́3 ei irriguum ſu
perius,& inferius,fontem,& puteum,vt irriga⸗
ret ortum plantationum,& ſiluam lignorũ ger⸗
minantium , ac emiſſionum ſuarum fructum
inebriaret.Et recte in fonte & puteo , irriguum
ſuperius & inferius deſignauit. A ſuperioribus
etenim ſcaturire fons ſolet . Puteus vero e peni⸗
tiſſimis terrę viſceribus, ac reconditiſſimis arte⸗
rijs aquam viuã haurientibus ebullit. Cęterum
fons ortorũ eſt , eorũ ſcilicet qui varijs virtutũ B
arborib⁹,& diuerſis ſpũaliũ gratiarũ aromatib⁹

eminẽt,cęteris cultiſſimę varietatis gratia ꝓcellũt quos vtiqꝫ virgo benedicta ortolana ſapiẽtiſſima rigat vt erigat, erigit vt roboret, roborat vt creſcant,& ꝑ cæleſtis deſiderij flueta aſſidua iugiter creſcendo cælũ penetrantes ad ſuperna ꝑuadant. Signat igit̃ irriguũ ſuperius,& fons ortorũ ſpũales aquas,& deuotionis lachrymas,quas hoĩbus in ſuã deuotionẽ accenſis,ꝑ vitę cęleſtis deſiderio fundẽdas largiter & indeſinenter infundit. Enim uero puteus,qui nec ortorũ, nec loci cuiuſpiam memoratur, habet lachrymoſę cõpũctionis & vere viuẽtis aquę myſteriũ,cui⁹ ope ad virginis interceſſionẽ abluti mortui reuiuiſcũt,& ſaliunt in vitam ęternã.His aũt plantationes ſuas rigat vt purget,purgat vt dilatet,dilatat vt creſcant,& dignos pœnitentiæ fructus afferant in patientia. Iſtis demũ noxios humores abluit,vt illis ſaluiſſ cũ calorẽ immittat.Iſtis radices deorſum tendentes figit ꝑ humilitatẽ,vt illis ramos ſurſum,porrectos foueat ꝑ deuotionẽ.Iſtis poſtremo truncũ firmat ꝑ pœnitẽtię durũ exercitium,& ꝑſeuerantiã indeficientẽ:vt illis flores & fructus multiplicet,ꝑ cæleſtiũ deſideriorũ dilatationẽ, & diuinę bonitatis felicẽ ꝓlibationẽ. Vterqꝫ vero de libano fluere ꝓter myſterij ſubſtantiã non dicitur,a Chriſto quippe q eſt verus mõs,& candor lucis ęternę cõpunctionis,& deuotionis lachrymas,ad gratiæ ꝑfectũ celerrimas,& ad ſubuerſionẽ peccatorũ impetuoſiſſimas,ꝑ virginis manus, mediũ & interceſſionẽ accepimus, quarũ impetus vno peccatore pœnitentiã agente,ciuitatẽ dei lætificat, dũ ſordes eluit, fœcunditatẽ tribuit, ariditatiqꝫ pleniſſime medet̃,magis ꝙ̃ ſupra nonaginta nouẽ



iuſtis,q non indigent pœnitentia,& ob hoc ſegni⁹ oſcitantius,ſuſpenſaqꝫ(qđ aiũt manu)actitãt,agitãturqꝫ.Quibus ab Aquilone vento frigido,modis oĩbus eſt timendũ,ne illo afflati obrigeſcãt, & ad omne vitę opus immobiles ꝑpetuã ſolident̃ in glaciem. A quo virginis emiſſiones, dñico edicto C
vindicant̃,cũ ait.Surge Aquilo,& veni Auſter ꝑfla ortum meũ,& fluent aromata illius.Emiſſiones illi⁹,quã ſororẽ & ſpõſam noĩat, iure ortũ ſuum appellat,qa fratris & ſororis,ſponſi & ſponſę,aut eadẽ,aut cõmunis eſt hęreditas,a qua ſurgere aquilonẽ iubet,qa in poſſeſſione tãtę dilectionis ſudore pœnitentiæ,& feruore deuotionis,locũ nõ habet ignauię diabolicę rigor hyemalis, qn potius feruet deuotio,igneſcit charitas, exhilaratũr humilitas,exultat patiẽtia,& pœnitẽtia collętatur,quia ſpirituali auſtro vento vehemẽti,calido,& fœcundo myſtico ſpiramine ortũ perflante, virtutũ oĩm mirũ in modũ fragrãt ac diffluunt aromata illius.A deo vero prioribus iſta ſequẽtia reſpõdent, ac quieta locupletiqꝫ ſecuritate illa cõcludunt.Sed nihilominus mira dexteritate coaptari & ſequẽtibus poſſunt.Siquidẽ tãta modeſtia virginẽ floruiſſe crediderim,vt ꝓter naturam & ſupra legẽ cõmunẽ,de ſe natũ dei filiũ, legis ſeruituti,& iugo duro ſubijcere auſa nequaꝗ̃ fuerit,niſi aut certo illius inſtinctu,aut ſpeciali ſpiritus ſancti cõſilio aĩata.Qđ pius dñs aduertẽs,poſt replicatas eius laudes pręrogatiuas virtutes,& gloriã vt ſcandali anſam adimeret, & legẽ reclamãtibus manicheis a ſe datam oſtenderet quam ſoluere nõ venerat,ſed implere,vt humilitatẽ ſeruaret, cõformitatẽ teneret, & ꝓphetijs ac

ꝑmiſſionibus cõſonaret, vt Iudęis ſatiſfaceret, & aduerſariorũ cauſationem,ac hęreticorũ technas oẽs radicitus auerrũcaret, illã his verbis immi-nẽte tum octauo circũciſionis die,ſuꝑ legalib⁹ in ipſo implendis,certiorẽ fecit dicẽs. Surge Aquilo, & veni Auſter,ꝑfla ortũ meũ, & fluant aromata
D illius. Ort⁹ Chriſti lex eſt ordinata ꝑ angelos in manu mediatoris,cui tũ ferme ſicut & cęteris gẽtibus Aqlo vẽt⁹ frigidus,ſterilis, & inamœn⁹ in ſidebat,adeoq́ʒ ſane incubabat, & illã adusq́ʒ chriſti aduẽtũ ſic tenebat,occupabat,turbabat,ſtrigebat,& cõgelabat,vt nec affatim neceſſaria gr̃arum fluerent aromata,nec ſatis tot iter turbines clauſa myſteria pateſcerẽt. Atqui illã opere iplẽs Chriſtus,& oĩa q̃ de ſe cõplẽda illius literis tradita latuere cõſũmãs,ſurgere aqlonẽ iubebat,pc̃tm̃ diffugere,& maledictũ de medio ꝑtin⁹ faceſſere. Auſtrũ venire,ventũ cęleſtẽ,ſuauẽ,& fœcũdũ, illam ꝑflare, & clauſa in ea myſteriorũ aromata diuino ſpiramine reſerare, vt a malo principio data in poſterũ exiſtimari nequaq̃ habeat,quã ſic vitę principiũ humiliter obſeruãs cõmẽdabat. Ait ergo nõ virginẽ vt ante,ſed dęmonẽ ea p̃ſente couenıẽs,q a ſede, quã in mõte teſtamẽti in lateribus aqlonis delegerat,ſicut fulgur cadẽs, hacten⁹ mũdũ in pace,ſed pace peccatorũ,poſſidẽs,ſecur⁹ cuſtodiebat atriũ ſuũ. Surge aquilo, neq́ʒ ſegniter iſtud quidẽ pẽſandũ, qa ſurgere hũc iubet, nõ recedere,nõdũ em̃ venit hora,vt princeps hui⁹ mũdi eijciat̃ foras,magis aũt vt illudat̃,elidat̃,vincatur,& a ſupueniẽte fortiore q illi⁹ arma auferat & ſpolia diſtribuat,vinciat̃. Enuero nulla ratiõe
E melius,q̃ Chriſto legalia ſubeũte illuſus eſt,& eliſus inimic⁹. Surgere cõpulſus eſt, & alijs argu-



& gratię vberibꝰ recepta meliori mēte lactari me
reant: alioqui nō ex area in horreū, ſed ĩ ignē mit
tētur æternū: nec ex vētre ad vitā ꝑueniēt, ſed ad
I cloacā ſempiterno fœtore horribilē. Nō eñ mori-
bus reclamantibus virginali vtero dignū quenq̄
efficiūt preculę frigidiores, ſimiaticę cōgenudatio
nes, affectata ieiunia, & mēte trāſfuga deblatera-
ta (vt ſic dicā) patriloquiorū ſexcēta milia. Sed li-
liorū qbus vallatus eſt iugis aſpectus, virtꝰ, effi
caciaqꝫ vitalis, odorādo, deſiderando, imitando, &
opere ꝑficiēdo alacriter expreſſa. Pulcherrimū li
liū virginitas, pulcherrimū charitas, pulcherri-
mū innocētia, deuotio, abſtinētia, oratio, medita
tio, cōtēplatio: pulcherrimū deniqꝫ, & de quo ſin-
gulariter gloria, hūilitas, dicēs qa reſpexit humili
tatē ancillę ſuę: in illorū medio cōſiſte, in illis totꝰ
eſto, hęc appręhēde, & tāti vētris bñficio fraudari
nō poteris. Sed vt granū frumēti ꝓbatiſſimū ad
ęterna ſummi regis horrea ipſa portāte, & ꝑ gra
dus virtutū diuerſos ꝓmouēte ꝑuenies. Sequi-



Duo vbera tua ſicut duo hinnuli capreę gemelli. K
Apposite oīno, citius qppe multitudo tāta defice
ret, niſi cura ꝑuigili fouerent. Eorū aūt pars non
modica paruuli ſunt, qbꝰ lacte opus eſt nō ſoli-
do cibo: & ideo illis vbera, q̄ aliud quiduis magis
neceſſaria vident. Enimuero qbus vberibꝰ ĩquies
paſcendos exiſtimabimus, ex diametro vt fertur
diſcrepātes? Suſtine, ne expaueſcas. Aut enim ſim
plices ſunt, innocētes, & iuſti, & his altero vbere:
vt educētur, vt adoleſcāt, vt creſcāt & perficiātur
grę lac copioſius ſuppeditabit maria mater gra-
tię. Aut pctōres ſunt, aut infirmi ſunt, aut fragi
les ſunt, & ſi quid eſt miſerius, neqꝫ ſic deſperes,
quia & his altero vbere lac miſericordię implorā
tibꝰ, erogabit abūdātius mater mię. Vtriuſqꝫ eñ
vberis affatim locuples, nec pctōri deerit reuertē
ti, nec iuſto ꝓficienti. Cur autē gemellis capreę ſi
milia dixerit, ex his q̄ ſupra notauimus (cū par L
vtrobiqꝫ ſit ratio) eſt requirēdum. Nunc igit eſt
ad ſequētia trāſitus. Collū tuū inquit ſicut tur-
ris eburnea. In ebore ſplēdor puritatis enitet, &
in turri ſecuritas rectitudinis. Vtrūqꝫ aūt iuſtis
& neceſſariū, & vt ſplēdeat in ꝯuerſatiōe, & vt con
firmētur in rectitudine alterū ipſis ad ſecurita-
tē, alterū ad ꝓfectū aliorū & ędificationē, ꝫ vtrūqꝫ
cōmēdādę apud oēs gratię & virginis gloriæ pro
pagandę rem agit, quæ hæc ſuis ſequacibus præ-
ſtat per obœdientię ſuę merita, & inenarrabilem
pluſq̄ heroicarū virtutum ſublimitatē. Vt enim
per obœdientiā homini deū nexu incōpręhenſibi
li coaptauit, dicēs. Fiat mihi ſecundum verbum
tuum, ita & nunc homines deo conglutinat, ſi a
collo obœdientiæ eius per imitationē pēdere ſint

ſoliciti,hoc ē ſi adhęrere, & illã p mãdatoꝝ dei iugē obſeruationē certati ꝑ ſe qſq; affectari moliant. Solus.n.colli huiuſcemodi obœdiētię magnopere amabilis amplexus p virginis imitationē,& eius interceſſionē,vero capiti Chriſto nos mēbra eius fideliter vnit,atq; ꝯſociat.Hinc vt ſaluaret qd potiſſimũ ageret requirēti idē dei filius, ſi vis ingredi ad vitã ſerua mãdata,hoc eſt ſi vis mihi q vita ſum īdiuulſe cohęrere,ſi cupis de ſpiritu meo viuere, p obœdiētiã, & pręcepti vigilē executionē iungere pcipienti,qa amor obœdientiæ,ianua eſt vitæ:ſic em̃ ipſe alio loco teſtat dicēs. Qui diligit me ſermonē meũ ſeruabit,qui em̃ nõ ſeruat, nec diligit,quia exhibitio operis indicium eſt ardētis charitatis:qui aũt non diligit, nec illi per amplexum obœdientiæ ad collũ copulatur,porro q illi minime copulatur,nec viuit:mēbrũ eſt em̃ a capite ſeparatũ.Signũ itaq; vitę ſpũalis eſt,ſi mandatis dei præcipientis ſis audiēs.

## Cap.VIII.

¶Tangitur quid etiam peccatoribus virgo conferat, tũ quod illius caput, cui ipſa intercedente counimur: ac demũ de cõparatione eius ad palmã,cũ tranſitu ad paſſionē: a cuius fontiũ plenitudine,hęc ipſa nobis hauſit ſi non negligimus.

### Vox Chriſti.

OCuli tui ſicut piſcinę in Eſebõ quę ſunt in porta filiæ multitudinis.Naſus tuus ſicut turris libani,quæ reſpicit cõtra Damaſcũ.



Caput tuũ vt carmelus:& comę capitis tui ſicut purpura regis iuncta canalibus.Qꝫ pulchra es & q̃ decora chariſſima in deliciis.Statura tua aſſimilata eſt palmę,& vbera tua botris.dixi.Aſcēdã in palmã & appręhendã fructus ei9, & erunt vbera tua ſicut botri vineę, & odor oris tui ſicut odor malorũ. Guttur tuũ ſicut vinũ optimũ. ¶Vox Mariæ.Dignũ dilecto meo ad potandum labiiſq; & dentib9 illi9 ad ruminandum.

¶Immaculatę virginis nulli nõ fauit ſpũalis vmbilicus, oēs venter capacior iterũ parturiendos, vſq; dũ Chriſtus formet in illis,gratanter admiſit:nullũ nõ aluere vbera fœcundiſſima.Pręterea (qd vnũ deſiderabatur) iuſtis acceſſit virginalis colli pręſidiũ,per quod deo cooptati,cõtra aduerſa oĩa in rectitudine ſeruarētur. Nũ iuſtis intētã,miſeros matrē miſericordiæ, quos cõcupiuit ardentius,quos clemētius ſuſcepit, quoſq; pauit benignitate pluſq̃ angelica,exiſtimabimus tandē contēpſiſſe,nec(vt innocētes) filio ſuo ſimiliter repſentaſſe,recõciliaſſe,cõfœderaſſeq; credem9? Certe non venit vocare iuſtos dei filius,ſed peccatores,quorũ in patrocinia & virginē,vt Chriſto cõformis inueniretur, ꝓpēſiorē eſſe operępreciũm fuit. Hinc ni fallor ꝯſummãdis iuſtis pſidiũ tm̃, peccatoribus vero & pſidium & ſubſidium: hic A

laudatur virgo benedicta impēdiſſe,iuſtis nimi=
rū tutiſſimū preſidiū,per quod Chriſto vniti,ſi=
cut iā diximus in rectitudine triūphātes perſiſte
rent.Peccatorib⁹aūt in primis optādū oculorum
ſubſidiū, ceu naufragij portū deſideratiſſimū, &
fugę ſacrū qddā aſylū,p qd īnocētię,& libertati pri
ſtinę redditi, diuinę puritatis ꝯſortio digni habe
rent.Deinde ꝑneceſſariū naſi ꝑſidiū,ęque vt tur=
ris validū & efficax qd cāculariās aduerſantiū in
ſidias ſagaciter ſuboleret,ac ex aduerſo aperte in=
ſurgentes fortiter ſubmoueret:ſed de ſubſidio aū
B oīa lati⁹ eſt differendū. Oculi tui inqt ſicut piſci=
nę in Eſebon quę ſunt in porta filię multitudinis
Multitudinis filia eccl'ia eſt ex Iudęis & gētib⁹ cō
flata,q̄ Hieruſalē cęleſtē innumeris ſanctoꝝ ſpiri
tuū differtā, matrē & archetypā agnoſcit. Porro
huius filię porta fides eſt, qua ſine forinſec⁹agit
omnis q viuit,tametſi p bona opa intus eē pute=
tur.hac vero in porta famigeratæ extāt piſcinę,ꝑ
lucidę,& ad purificationis vſum memorabiles,ba
ptiſm⁹,& pœnitētia.Ingredientiū maculas bapti=
ſmus eluit,& pœnitētia redeūtiū. Recte aūt piſci
nas eiuſmodi in Eſebon ſitas aſſeruit. Nā in hac
vita, q̄ ꝑpter abūdātes miſerias & cingulū tri=
ſtitię & cogitatio mœroris iure nūcūpat,ſaluber
rimū vtrūq; reperire eſt,& non alibi. Enimue=
ro ſup quē poſuerit ꝟgo bn̄dicta oculos ſuos,vt
ſuccurrat,vt miſereat,vt eripiat,vt īnocētię pri=
ſtinę ītercedēdo reſtituat,q̄tūuis magnis flagitijs
& criminib⁹irretit⁹ is iudicet,ſtatim(ſicut bapti
ſm⁹ & pœnitētia)in natalitiā puritatē(mō & ipſe
dignis pœnitentię fructib⁹ collaboret)ſereniſſima
deipara referet:neq; dūtaxat referet,verumetiam



muniet, promouebit, ne de repente inſurgentes
inimici aduerſus īfirmū & pugnę ſpiritualis ru=
dē,vt ante præualeāt. Sic enim ſequutus adiun=
xit. Naſus tuus ſicut turris libani quæ reſpicit C
contra Damaſcū.Damaſcus ſanguinē bibēs dicit
ꝑ quē haud dubie ſęuiſſimus generis hūani ho=
ſtis diabolus ſanguinis animarū noſtrarū ſemp
& vbiq; ſitibūdus notatur. Cōtra quē pulchre,ſi
cut turris libani virginis naſus reſpicere dicit.
Virginis nāq; diſcretio, quā hic naſus ſignificat,
furtim irruentem maturius deprehendit,incau
tos ꝑmunit,ꝓtegit periclitantes,& ne recēti ſpūa
lis purificationis candore donatos hoſtis detur=
pare vnq̄ poſſit,īſtar munitiſſimę turris reſiſtit
Factaq; hunc in modū pœnitētibus turris forti
tudinis a facie inimici fortiter cōtradicit. Magnę
& inenarrabiles virginis prærogatiuę,& virtutes
numeris oībus oīa ſupergreſſæ,ac modis omni=
bus amplectendę. Sed quorſum hæc inquies. Nī D
mirū vt capiti ſuo Chriſto nos omnes,ſicut iu=
ſtos ita & peccatores inſerat,& ab eo tādē in capil=
lorū ſpeciē oēs ꝓpendeam⁹ perq; ſympathiā & cō
dolētiā,ac earūdē paſſionū tolerantiā(ſicut capiti
comę) coherētes ad inſtar regalis purpurę exor=
nemur. Caput aūt virginis,ſi regis,decuſq; ꝑci=
puū,ac gl'ia ſēpiterna Chriſt⁹ eſt,qa caput mulie
ris vir & Euę ſecūdę Adā poſterior,q vt carmel⁹
eē memorat,qa mōs eſt coagulat⁹,mōs pinguis,
ꝟtutū gl'ia ſupra carmelū ſublimis, fama longe
odorabilis,fœcūdus meritis,& ſpūaliū chariſma
tū hubertate primari⁹. Cui quicūq; ſpūaliter,vt
res tulerit,circūciſus mediatrice virgine cooptat
nequaq̄ ſine lege vt nudus capillus defluit, ſed

in modũ comę ſtudioſius colligatꝰ nõ iã oneri eſt
ſed honori. Et comę capitꝭ tui, īqt, ſicut purpura
regis iũcta canalibus: in canali regia veſtis pur=
pureo colore accuratiꝰ inſignita, & regi ornamen
tũ & artifici gloriã ac cõmẽdationẽ cõciliat, ita &
qui lauerũt ſtolas ſuas in canalibus vulnerum
Chriſti, & cãdidas eas fecerũt ī ſanguine agni vi=
ciſſim, & quo authore illuſtrati ſunt, & quẽ īdue
rint ꝯmẽdãt vehemẽtiꝰ, & honorificẽtiꝰ efferũt: re
gi & artifici mediatriciqꝫ reponẽtes glīam nõ vul
garẽ. hinc caput Chriſtꝰ ipſe, nõ de ſe, ſed de ꝟgine
ad purpurę huiꝰ ꝯſummationẽ cõnitẽte ſequutꝰ
E adiecit. Q̃ pulchra es & q̃ decora chariſſima ī de=
licijs. Pulchra eſt ſane, q̃ in vſum Chriſti capitꝭ,
& gloriã immũdos ad mũdiciẽ redigere põt, & vi
tijs ſordẽtes pulchritudine noua cõueſtire. Deco
ra q̃qꝫ eſt valde, q̃ iuſtos nobilitare tãtũ põt. At
qui in delicijs chariſſima multo veriꝰ cõmẽdaṫ,
quę nihil in his oĩbus attẽdit, nihil ſomniat, nihil
q̃rit, nihil deſiderat, nihil p̃ſtolaṫ, aut expectat ni=
ſi gloriã dei, & nũq̃ perituras charitatis increatę
F delicias, vnde & recte ſubiũgiṫ. ¶ Statura tua aſ=
ſimilàta eſt palmę, & vbera tua botris. Quem eñ
in modũ de hoſte ꝑ crucẽ triũphauit Chriſtꝰ, &
nos victo vinctoqꝫ forti in atrio de manu eiꝰ ex=
torſit, extortos viuifici huiꝰ ligni folijs ſanauit,
ſanatos fructu duodeno cibauit, ꝯfortauit, ſolida
uitqꝫ. Sic quoqꝫ virginis ſtudio & ꝟtute pięqꝫ re
cõciliationis diligẽtia, innumerabiles quotidie reci
pit, fœcũdis, & in modũ botrorũ ſuauiſſimis eiꝰ
vberibꝰ enutritos, auctos, & varia ſpũaliũ grãrũ
ſupellectili cumulatos. Recte aũt ſpũalis ꝟgis di
gnitas & excellẽtia, & crux ipſa ſub palmę ſymbo



lis adũbranṫ: nimirũ q̃ vna reliquas inter arbo=
res in inferioribꝰ rudis eſt & anguſta, ſed in ſu=
perioribꝰ porrecta mire dilataṫ, frondeſcit ouatqꝫ
floribꝰ locuples, & fructuũ ſublimitate triũphat.
Nã hũc in modũ ꝟgo bñdicta paupꝑtate, vitę au=
ſteritate, ꝓfundaqꝫ cõuerſationis, ac morũ hũili=
tate, fere oĩbꝰ vilis & abiecta videbaṫ. Ẽnuero di=
ctu mirũ his artibꝰ in quãtũ virtutũ apicem eue
cta ſit, & ſuꝑ oẽs creaturas, quaſi palma in cades
diuinitꝰ exaltata, indeciduis gratiarũ folijs ver=
nãs, virtutũ floribꝰ eximia, & p̃cipuo illo vitę fru
ctu ſublimata. Crux quoqꝫ oĩm ꝑſuaſione in pri
mis vſqueadeo viluerat, ſorduerat qꝫ, vt apũ Iu=
dęos ſcandali, & apud ethnicos ſtultitię, ludibrij
ſcõmatiſqꝫ anſam religioni nrę pareret. Sed enim
ipſis vocatis, ſiue ethnicis, ſiue Iudęis nunc nihil
auguſtius, nihil optabilius inueniṫ. Arbor enim
hęc ſemel p̃cioſo regis ſanguine purpurata, impin
guata, & vehemẽtiꝰ dilatata, lignũ vitę facta eſt af
ferẽs fructꝰ duodecim, & ꝑ mẽſes ſingulos reddẽs
fructũ ſuũ: & folia eiꝰ ad ſanitatẽ gẽtium. Ad hęc
olim vt ad glorię cumulũ palmã geſtabãt trium
phãtes, ita & victori Chriſto tũ crucis vilitas, tũ
ꝟginis humilitas ceſſit ad gloriã. Deniqꝫ palma=
cea laquearia vt ferṫ, q̃libet graui onere premanṫ
nõ cedũt, ſed reſiſtũt, & ſurſum reſiliũt: ita & vir
ginẽ tribulatio nulla, hęreſis nulla: crucẽqꝫ perſe=
quutio nulla, impietas nulla ſuꝑauit: ſed vtraqꝫ
paſſim p̃ualet, ſuꝑat, & triũphat, vt non citra ra=
tionẽ ſub palmę ſymbolis, & inclytũ ꝟginis ſtatũ,
& auguſtiſſimã crucis dignitatẽ īſinuaſſe videaṫ,
cũ diceret primũ de virgine. Statura tua aſſimilà G
ta eſt palmę, tũ de cruce: aſcẽdã in palmã, & apprę

hendã fructus eiꝰ. Sed attẽde ꝗſo ſimulq; ꝯſidera,
quẽadmodũ ſubſtrata palma a virgine ad crucẽ,
ceu per pontẽ cautim cõmearit, a virgine in pal=
mã, a palma in crucẽ ſtatim deuolarit. Dixi inqt
aſcendã in palmã & apprehendã fructus eiꝰ. Huc
huc ſane aſpirabat materne glorie totiens iteratũ
encomiũ, & virginalis excellẽtie numeroſius agge
ſta ꝓconia, in primis vt ꝗ ſibi cũ matre cõueniret
noſcitemus. Deinde vt eũ animi dolorẽ, qui audi
ta ſua inſtãte paſſione, matrẽ grauare impmedi=
tatus potuiſſet, eleuaret quadamtenus, & vt par
erat tẽperaret. Sub hec vt illa ſciente, cõſentiente,
& cooperante, fructũ vite ſublimẽ in palma cru=
cis colligeret. Poſtremo vt illa dñicæ paſſionis, &
ſue cõpaſſionis ſublimioris fructꝰ cõtẽplatiõe ex
hilarata, equi boni cõſuleret. Ferretq; equanimiꝰ
irruentẽ doloris gladiũ penetrantẽ etiã tũ aĩam
ipſam & atrocius diſcruciãtẽ. Sed iã reliqua duo
iuuat ex ipſa litera, quẽadmodũ & priora elicere.
Dixi inqt, Aſcẽdã in palmã, & apprehendã fructꝰ
eius. Si dixit, ſi ĩmobiliter ſtatuit, ſi ab eterno diſ
poſuit debet illa ſcire, nõ cõtraire, nec illi hactenꝰ
ita cõformis diſſentire. Aſcẽdã inqt in palmã, vide
ſapientiã, nõ dixit humiliabor, aut deſcẽdã. potuiſ
ſet em̃ cũ Petro illa dicere, abſit a te dñe nõ erit ti
bi hoc. aſcẽdere cõdecet dei filiũ nõ deſcendere, qua
in re etiã argumẽto ſeruit, ĩeſtimabilẽ qppe & oĩꝫ
lachrymarũ ꝓfluuio ſupiorẽ anguſtiã, ꝗ feſtiuiſ
ſime veriſſimeq; potuit expſſit. Quid em̃ duriꝰ ꝗ
crucifigi, qd ĩmanioris habeat horrorꝫ faciẽ, ꝗ ita
crudeliter occidi? cõtra qd glorioſiꝰ ꝗ aſcẽdere, qd
H vtiliꝰ qd ve iocũdius, ꝗ fructꝰ colligere? Oẽ tulit
pũctũ q miſcuit vtile dulci. Et apphẽdã inqt fru=



ctus eiꝰ. Quos fructꝰ, niſi ꝓprij corporis glͥfica
tionẽ, reſurrectionẽ, aſcẽſionẽ, ſeſſionẽ ad pr̃is de=
xterã, inferni vaſtationẽ, diaboli religationẽ, mor=
tis ĩteritũ, nr̃am redẽptionẽ, noſtrã vitã, nr̃i glori
ficationẽ, ſacramẽta oĩa, chariſmata oĩa, virtutes
oẽs, & pacatiſſimã electoꝝ oĩm in celis poſſeſſionẽ?
Sic em̃ & Ioã. xij. dicebat, Si exaltatꝰ fuero a terra
oĩa trahã ad meipm̃. Permittere hoc ꝟginẽ decet
& tãtis ſaluãdoꝝ ꝓfectibꝰ cõtinuo acqeſcere, labo
rãtiq; p oĩm redẽptiõe, ac ſalute vicẽ impẽdere fa
mulatꝰ. Nã bono eiꝰ, nedũ nr̃o oĩm ꝗmaxĩo rẽ ge
ri ꝯſequẽter oſtẽdit dicẽs. Et erũt vbera tua ſicut
botri vinee. Nup dixerat ſtatura tua aſſimilata
eſt palme, & vbera tua botris: nũc aũt & erũt vbe
ra tua ſicut botri vinee, nimirũ edocẽs priorem
pulchritudinẽ, fœcũditatẽ, ſuauitatẽ, & excellẽtiã,
modis oĩbꝰ ꝑdicãdã, illi ex paſſionis huiꝰ pticipio
& non aliũde accedere, ꝗ etſi añ paſſionẽ obtinuiſ=
ſe cẽſeat, nõ tñ ſingillatim ita copioſe, & cũ effectu
poſt paſſionẽ vero cũ effectu illi locupletiꝰ affu=
tura oĩa ꝓmittũt. Et erũt inqt vbera tua ſicut bo
tri vinee. Vere p xp̃i paſſionẽ ꝟgĩs vbera vt botri I
vinee dulcorata memorãt, & fœcũdata, qa viſceri
bus eiꝰ p exhibitã ꝯpaſſionẽ dilatatꝫ, vbera q̃q; mi
ſericordie lacte ac grẽ, copioſiꝰ emanare cœperunt
quo illiꝰ deuoti paſcerẽt, educarent, inebriarentq;
& ſic ꝗ retro ſunt obliti in anteriora extẽderent, &
ad ſupna ꝓmouerent. Odor ꝑterea oris eiꝰ ſicut
maloꝝ punicoꝝ p paſſionẽ futurꝰ mẽorat, qa ex
hiſtoria paſſionis quã vidit, & orãdi ĩſtãtiã, & ĩpe
trãdi efficaciã, ꝑdicãdi q̃q; anſaꝫ, ac ĩuitãdi ceteros
ad ꝯpaſſionẽ, patiẽtiã, & humilitatẽ accepit latam
& perualidam: ac vti eſt malorum punicorum

& gratiarũ ſpũaliũ odor, nõ foliorũ tm̃ aut ver-
borũ ad audientiũ aĩos alliciẽdos, demulcẽdos,&
ad ſupna puehẽdos ſatis ſupq; accõmodã. Sequit
K guttur tuũ ſicut vinũ optimuȝ. Gutture cibus
traijcit,gutture verba formantur:qui autem re
ficitur,ſibi cõſulit,& qui loquitur, quod ſibi erat
intimũ,alijs expẽdit. Nã gutture quicũq; loquit,
ore hoc profert qđ habet in corde. Dũ itaq; gut-
tur virginis ſicut vinũ optimũ fore pollicet, inſi
nuat ſane,& q̃ auidius ſumat,& quæ fundat co-
pioſius,per Chriſti paſſionẽ ad ſuã & aliorũ vti-
litatẽ abundare. Nimirũ poſt vinũ legis durũ &
aſperũ, ſed totũ exinanitũ ac totũ in dñi paſſione
cõſummatũ:vino euãgelij,vino theologico, vino
curãtis ſamaritani,vino germinãte ꝟgines, vino
ſpũs ſancti latius inundãte, ac guttur ſupbenedi
ctę dei matris irrigãte,immutãte, atq; illud totũ
nõ minus efficaciter q̃ mirabiliter ad omnimodã
& ſuã & aliorũ vtilitatẽ cõponẽte. Sed iã libet ĩ cu
iuſmodi formã tãtę inſtãtię,tantis pconijs,tantis
donarijs & pmiſſis , ancilla humillima & mater
excellentiſſima reſpõdeat exactius intueri. Dignũ
inquit dilecto meo ad potandũ, labijs & dẽtib9 il-
lius ad ruminandũ. In mortẽ vſq;adeo horrẽdã
aperte cõſentire mater blandiſſima naturę reuo-
cante inſtinctu penes ſe nõ habuit, neq; par erat
dei voluntati ancillam humillimã & gratia plenã
diſſidere. Singulari igitur vſa moderamine, fecit
qđ potuit;vt mater veriſſima, qđ per mortẽ offe
rebatur,gratãter vt in ea ſecundũ verbũ eius fie
ret acceptauit. Guttur inquit meũ qđ ſicut vinũ
optimũ & totũ ſpiritualevis fieri,quibus medijs
id aſſequatur,nõ examino,non diſcutio: ſed totũ



arbitrio tuo cõmiſſum ſit. Tm̃ fiat in me ſpũale
hoc vinũ,dilecto meo ad potandũ,& labijs ac den
tibus illius ad ruminãdum,quod ſcilicet totũ ad
augmentũ glorię Chriſti vergeret,& prędicatorũ
eius ac populi cõmunẽ profectũ, guſtũ delectabi
lem,& iocundam vtilitatem pertineret.

## Cap.IX.

### De cõpaſſione glorioſiſſimę virginis Marię.

### Vox Marię.

EGo dilecto meo & ad me cõuer
ſio eius.

¶Migraturus de hoc mundo ad patrẽ A
dei filius cũ dilexiſſet matrẽ, ſemper & vbiq; exhi
bens,quod parẽtibus omnib9 præſtandum legis
edicto pręceperat. In finẽ tamen impẽſius multo
dilexit eam,honorauit,dotauit,cõmẽdauit, & vt
paſſuro cõſentiẽs,inſtantẽ atrociſſimę ſuæ paſſio
nis gladiũ fortiter exciperet: magna pietate pue-
nit. Vnde poſtmodũ nec diſſentire voluit illa : vt
ancilla hũilis,nec vt mater indulgẽtiſſima potuit
aperte feſtiuiterq; cõſentire. Sed acceptauit q̃ mo
deſtiſſime quod audierat ex paſſione ſequuturũ,
paſſuro tacite cõdeſcendẽs,& æquanimiter ferens
quod intellexit in paſſione perpetrandũ. Sed o de9
qualẽ obſecro, in ipſo amariſſimę paſſiõis articu
lo fuiſſe putamus matrẽ tenerrimã,matrẽ gene-
roſam,matrẽ vnigeniti,matrẽ innocentiſſimi ho
minis,& dei excelſi: cũ vnigenitũ ſuũ inculpatiſſĩ
mũ,hominẽ ſanctũ,prophetã eximiũ,& deũ verũ,
electorem ſuũ,ſpõſum ſuũ,& filiũ vnicũ,deũ ſuũ,
creatorẽ ſuũ,beatorẽ ſuũ,cui cõi iure gẽtiũ acce-

ptū referet eſſe ac viuere:nec viuere tm̄, ſed & ſu=
pra omnē hominū gloriā bene viuere,qui ſupra
cōmunē omniū ſortē corpus mundū , aīam pu=
riorē contulerit,cōtuleritq; nō fœcūdę modo, ſed
& deiparę virginitatis incōceſſam cæteris laureā,
virtutū deniq; ac bonoꝝ omniū oīs generis ſum
B mā. Cum inquā cerneret talē ac tm̄,ſanguineo ſu
dore madidū,& diutius agonizantem,captū,liga
tum,cōcuſſum,cōſputū,colaphizatū,illuſum,fla
gellatū,ſpinis coronatū,& homicida nequiter ab=
ſoluto,morti conſpiceret addictū tam crudeli,dū
ſub crucis immēſo pondere gemebūdum contem
plaretur,laſſum nimis,& ferme onere ſub ipſo fa
thiſcētem:dū nudatū intueretur,totū ſautiū,ſan
guinolentū,& plagis exaratū,ac vti leproſum, &
virorū nouiſſimū nō habētem ſpeciem neq; deco
rem,q ſuapte natura ſpecioſus eſt prę filijs hoim
imo vt ſic dicā ſpecioſitas ipſa & glia angeloꝝ:dū
ſup crucē cōſpiceret tam atrociter extēdi,cōclaua
ri, & in aerē tāta immanitate leuari: anguſtiatū
intuebat,nec poterat adiuuare:deſolatū, nec pote
rat cōſolari:flētē,nec lachrymas tergere:capite pē
dulū,nec ſuffulcire:ſitientē,nec potare:irriſum &
C iniurijs laceſſitū,nec oīno poterat vīdicare. Quid
igit agebat mœſtiſſima tot circūuallata angoribꝰ
quot ille iniurijs,plagis & vulneribꝰ,tot oppleta
lachrymis,quot ille ſpinis,ſudore,aqua,& ſangui
ne,quid inquā agebat mœſtiſſima, & ſęuiente Si=
meonis gladio pœne exanimis:quid agebat? Ego i
quit dilecto meo,& ad me cōuerſio eius. O dolor
vehemēs,ſęuiſſime,ac nimis q̄ impie, nec linguæ
munus,neq; ſermonis vſum matri deſolatę inte
grū reliquiſti,innocēti nūc parce filio:qđ ſi neges,



parce vel matri. Ego inquit dilecto meo,trūcatus
eſt ſermo & incōpletus,reliqua ſubripuit doloris
exceſſus,ego inquit dilecto meo. Ego inqt dilecto
meo:dilectū tm̄ loquit,ac inter tot agones ſolius
meminit amoris. Ego dilecto meo. Sed qd tu illi?
nonne prędidio contra inſurgentes,aut contra lę=
dentes ſubſidio tu fuiſti? quid inquam tu illi? ne
ſubſtrahas quęſo o benedicta quod niteris,ſed do
lore prę̄mente eloqui non potes,quid tu illi? Do=
lore vt video in vnigeniti ſui paſſione ſic eſt oc=
cupata mater optima:vt conceptum animi nul=
lo poſſit explicare ſermone. Dicat igitur Ioannes,
ſuppleat filius ſubrogatus, & pro matre ſibi cō=
miſſa, quod dolor indemētiſſimus ſurripuit of= D
ficioſus expēdat. Stabat inqt iuxta crucem mater
eiꝰ, & ſoror matris eiꝰ Maria Cleophę, & Maria
Magdalene. Cū vidiſſet ergo Ieſus matrē & diſci=
pulū ſtantē quē diligebat, dicit matri ſuę,Mulier
ecce filiꝰ tuꝰ:deīde dixit diſcipulo, ecce mater tua:
hoc volebat dicere mater doloris & anxietatꝫ ple=
na,nā q vidit teſtimoniū phibuit,& ſcimꝰ qa ve=
rū eſt teſtimoniū eiꝰ. Stabat igit mater, & pēdēti
in cruce dilecto virgo cōtriſtatiſſima aſſiſtebat.
pendebat ille moribundus in cruce , & mœrens
ipſa iuxta crucem ſtabat:non ſolum corpore,ſed
etiam mentis cōſtantia inter furentes Iudęos,tu
multuantes carnifices,& fremitantē multā ęthni
corum colluuiem,inter pontifices vna cum ſcri=
bis & phariſęis contumelioſiſſime ſupraq; omnē
indignitatē inſultantes. Stabat pręterea fidei inte
gritate,morū ac geſtuū honeſtate,& virtutū oīm
culmine,& dignitate īſignis,& a fixo ęquanimita=
tis gradu ne digito qdē emota , fidei integritate.

Siquidẽ negante Petro, quẽ eccleſię ſuę Chriſtus principẽ futurũ ꝑdixerat, fugientib⁹ apl'is, quos fouerat, & diſſimulãtib⁹ diſcipulis, quos iſtruxerat, ppl'is, quos docuerat, turbis, quas pauerat mortuis, quos ſuſcitauerat, cęcis lãguentib⁹ & infirmis, quos curauerat, dæmoniacis pc̃tõrib⁹ & publicanis non cõparẽtibus, Iudęis & gręcis, ſcribis & phariſęis, principib⁹ & pontificib⁹, iudicib⁹ & regib⁹, ſuũ & dei filiũ pluſq̃ efferata atrocitate & rabie pſequẽtibus, ſtabat inquã & nõ diſſimulabat, nõ negabat, nõ fugiebat. Stabat inſuꝑ mox honeſtate venerabilis, nõ eñ vociferabat, collabebatur, aũt capillos cũ veſtib⁹ laniabat, aut aliud quiduis indiſciplinatũ, indecẽs, & fœdũ in ſeſe admiſit. Hęc eñ ſunt euicti animi, & dolore ꝓſtrati, impetu aut mẽtis inopia ſeſe ferre nõ valẽtis. Illa autẽ chriſtianę honeſtatis, pudicitię virginalis, & modeſtiæ puellaris: vbiq̃ tenaciſſima nihil tale pertulit interius, aut exterius vllo in opere eduxit. Sed ſtabat iuxta crucẽ virtutũ omnium choro ſtipata, & lachrymarũ inundatiõe viui inſtar fluminis defluẽs, toto pectore cõpatiebat dilecto patienti. Ego inquit dilecto meo aſtabã pendẽti, & cõpatiebar patiẽti: ille autẽ quid? & ad me cõuerſio eius. Acerbiſſimus dolor patiẽtis, acerbiſſimus & matris cõpatiẽtis. Sed nihilo inferior fuit dolor filij viciſſim matri cõpatiẽtis. Fuit eñ ibi reciproca alternatio cõpaſſionis, ſubindeq̃ doloris cõcurſus mutuus, talis ac tãtus, vt dolorẽ primariũ vincere nõnunq̃ poſſet. Ego inquit dilecto meo cõpatiebar, & ad me cõuerſio eius viciſſim cõpatientis. At enim quãdo ad eã hęc Chriſti conuerſio, niſi quãdo pendẽs in cruce & matrem

E



vidit & diſcipulũ ſtantem quẽ diligebat, niſi quãdo de cuſtode ꝓuidit, virgini de virgine, niſi quãdo ei dixit. Mulier, ecce filius tuus. Vidit igit matrem illã piiſſimã & optimã in cuius vtero virginali cõceptus nouem mẽſibus deliciatus fuerat, in cuius gremio natus geſtire & iocundari ſolebat, quę flentem cõſolari, iacentẽ leuare, eſurientẽ lactare, fatigatum in cunis q̃ dulciſſime mũdiſſimeq̃ cõponere in vſu habuerat: quæ circunciſo, pręſentato in templo, fugienti in ægyptũ, & inde redeunti affuerat, nunq̃ ab illius comitatu vllo rerum turbine alienata: & vt ſemel dicã quę oĩm peregrinationum, diſcurſuum, & fatigationum, inedię ac ſitis, laborũ & vigiliarũ, anguſtiarũ, iniuriarum blaſphemiarũ & periculorũ, omnium ſemper vltro ſibi participatũ aſciuerat. Videbat itaq̃ Ieſus hanc ipſam tã atrociter paſſionis ſuæ gladio diſcindi, viſcera eius beatiſſima in quibus iacuerat tam violenter cruciari, & dolores quos neſciuerat parturiens, cũ tanto fœnore cumulari. Deniq̃ quicquid illa (& ſi frequens ac multiplex) in toto vitæ ſuæ decurſu aſperũ pertuliſſet, illi centuplicatũ nedũ duplicatum in hac ſuæ paſſionis hora intuebatur. Perpendens igitur haſce omnes ſuauiſſimę matris preſſuras, cruciatuſq̃ minime vulgares, piiſſimus filius, quali putas viciſſim cõpaſſionis gladio percuſſus eſt, ſautiatus eſt, vulneratus eſt, diſſectus eſt, & confoſſus? O deus quæ lingua exprimere, quæ mens concipere, quis intellectus capere, doloris illius magnitudinẽ violentiam, & atrocitatem ſufficiat, quam de matre & tali matre triſtiſſima, mortuo ſimilli ma, immo fere mortua tũc pertuliſti bone Ieſu?

F

Et ad me conuerſio eius. O bona domina & ma-
ter benigniſſima, fremunt gẽtiles, ſęuiunt Iudæi,
illudunt ſcribę & phariſęi, parce vel tu filio cha-
riſſimo, qui de te plus affligitur, q̃ de ſuo dolore
cruciatur. Recede, feret ille mitius, leuius feres &
tu, ſi alter alterius mutuos agones neſciatis. At
qui ſi defuiſſet, ſi diſcederet, ſi nõ perſeueraret, ca-
lũniarentur Iudęi, calũniarentur hęretici, calũnia
rẽtur & mali chriſtiani ſicut & cęteros ita & dei
matrẽ in fugam terrore verſam, fidei ſimul & cõ
ſtantię clypeũ abieciſſe: cũq; perfecta charitas fo-
ras mittat timorẽ, tantũ ac talem filium vti par
erat perſeuerãter nõ dilexiſſe, aut dęmũ minime
cũ illo perſeuerantẽ, martyrij palmã, quã in ani-
ma ſpirituali gladio tranſuerberata promeruit,
perdidiſſe. Miſera cõditio: & abeſſe nõ licet, & adeſ
ſe vtriq; intolerabile: & ad me ĩquit cõuerſio ei⁹,
quare cõuerſio niſi quia vt Eua protoplaſtũ, nõ
ſtudebat illa virũ peruertere, ſed redẽptorẽ pro
virib⁹ adiutare. illã itaq; oportuit dilecto aſſiſte
re & collaborare, vt quẽadmodũ olim vtroq; ſexu
labẽte, ita & nũc ſexu vtroq; ſimiliter patiente, ſa
lutaris ac perfecta vtriuſq; inſtauratio fieret, &
ruinę reparatio cõueniret: & ad me inquit cõuer
ſio eius. ſane cõuerſio hęc, mutatio eſt iſta mira-
bilis dexterę excelſi, in qua pro creatore creaturã,
pro omnipotẽte deficientẽ, pro hero mãcipiũ, pro
dño ſeruũ, diſcipulũ pro magiſtro, filiũ Zebedei
pro filio dei, virgo benedicta ſuſcepit. Benedicens
quippe illi Iacob noſter ſtatim moriturus mu-
tat man⁹ in cruce. Sed patiẽter feras quęſo o ma
ter ſacratiſſima, quia & hũc habebis filiũ, & illum
nõ amittes. mulier inquit, ecce filius tuus, illũ aſ



ſerit, ſeipſum nõ negat. Quid autẽ rationabili⁹, q̃ G
vt mr̃ ſalutis ſit etiã mr̃ grę, & q̃ Saluatorẽ virgo
genuit, virgo ꝑmanẽs ꝑ gratiã om̃es adoptionis
filios in vno Ioãne cõcipiat, pariat, foueatq;, & ad
ſupna perducat. Ioãnis em̃ vocabulũ perinde ſo-
nat atq; ſi dixerꝭ, in quo eſt gr̃a. Erat itaq; prius
mater Saluatoris ꝑ naturã: nũc aũt ꝑ gratiã ſal-
uãdoꝝ oĩm matrẽ in ꝟbo hoc factã veneramur.
& ad me cõuerſio eius. Bene cõuerſio, qa cõſolari
& cõſulere ſatagebat, nõ faciẽ ſupplicãtis pro no-
bis, aut auertere & cõfundere, aut dęmũ quouis
pacto cõturbare, & ideo mulieris nomen cõmu-
ne poſuit, tacito nomine pietatis. Si enim dixiſſet
mater, ecce filius tuus, certe ad tãtę pietatis titu-
lum, doloris acerbiſſimi vulnere exulcerato con-
ſternata non ſubſiſteret. Matrem igitur non ne-
gauit, ſed huic appellationi pepercit: vt ſic parce-
ret & matri. Et ad me cõuerſio eius. Nulla mihi
de Iudęis deq; gẽtibus & cæteris perſequutorib⁹
eſt quęſtio. neq; cum ijs vlla mihi ſcrutinij ratio
quorũ cauſa orauit pendẽs in cruce. de latrone ta
ceo cui paradiſi gloriã & regni ꝑticipiũ repromi-
ſit: nec de pr̃e quoq; q̃ſierim quẽ derelict⁹ inclama
uit, & expirãs ĩuocauit. De Ioãne dũtaxat ĩquiro
quẽ cũ ꝟgine ſtãtẽ intuit⁹ eſt dñs, nũ & ad illũ cõ
uerſio ei⁹? Certe diſcipul⁹ ille quẽ diligebat Ieſus H
apl's fideliſſim⁹ & euãgeliſta futur⁹, dign⁹ ẽ quẽ
cõuerſus dñs reſpiciat cũ ꝟgine: redamauit em̃ &
impẽſe dilexit. Qui tãetſi ꝑdito pallio cũ cęterꝭ fu
gerit (ſi tñ is fuerit) redijt certe maturius ad cor,
& atriũ põtificis ĩgreſſus ĩtromiſit & Petrũ, vidit
trucidatũ, ligatũ, flagellatũ, iudicatũ, ac tãdẽ ſol⁹
ſequut⁹ eſt moriturũ, quẽ tũc iuxta crucẽ vidit

dn̄s ſtantē cū virgine: ſed quomodo ſtātē, niſi qa
& ad illum cōuerſio eius: non enim ſtaret, nec in
turbatorū elemētoꝝ ſentētiā pedibus iret, & deū
tacitus ac pœnitens cōfiteret, niſi illū ſicut & Pe-
trū cōuerſus reſpexiſſet. Stabat aūt, ſic em̄ habes,
& diſcipulū ſtātē quem diligebat Ieſus. Nō igiṫ &
ad hūc o bn̄dicta ꝯuerſio ei⁹, īmo inqt, ſed ꝓpter
me, vt me.ſ.in ſuam curam reciperet, & ſicut ma
tri filius conſuleret. Admiranda ſane & pro ſuis
cuiqꝫ ē gratia opibus imitanda beneficentia redē
ptoris: olim ſubditus matri illā ſeruabat, illi ſer-
uiebat, illius oīa ſedulus curabat, nūc aūt exalta
tus a terra reginā, ſe ſubdito: dominā miniſtro,
matrē filio ſpoliabat, & orbatā deſerebat. Ne igiṫ
tot cladibus obruta ſuccūberet, atqꝫ in extremā
animi deiectionē ꝓcūberet, quē prę cęteris dilige-
bat diſcipulū, virginē, & ſanctū, virgini cuſtodem
matri filiū, dominę miniſtrū, aſſignauit: ad cui⁹
ꝑſentiā & curā poſſet de ſua abſentia conſolari, &
naturalis filij deſiderium adoptiuo lenire. Con-
I uerſus igitur & ad Ioannem ait. Ecce mater tua
hanc ſuſcipe, hanc cura, hāc dilige, & venerare vt
matrē: ab ea quoqꝫ poſtula, pete & expecta qcqd
ſolet filius a matre & tali matre. Felix om̄ino Ioā
nes tanto munere dotatus, ſolus dn̄ici teſtamēti
ſcriba, & hęres pręcipuus. Certe poſt ſeipſum ni-
hil omnino habuit dn̄s antiquius, auguſtius, &
ſublimius quod daret. Recogitet aūt quicūqꝫ pa-
rē in modū cupit matris hui⁹ adoptionis fili⁹ ef
fici, & ad tā nō vulgaris donarij dignitatē aſciri,
ac veraciter honorari, in primis oportere Ioan-
nē dici. Exhinc meminiſſe matrē hanc glorioſiſſi-
mā Mariā, hoc eſt amarū mare nuncupari, vt ſi



mul intelligat filio cōpatientē, ac inexhauſtis la-
chrymis, & doloribus inundantē, per pœnitentię
amaritudinem eſſe diligenti pietate imitādā. Sub
hęc pēſitet etiā Mariā.i.ſtellā dici: vt perinde ſecu-
rior factus, ad illā reſpiciat illuminantē veraciter
& efficaciter illuminantē, ac inde miſericordiæ &
glorię radios de cętero fide incōcuſſa nixus expe-
ctet. Meminerit poſtremo & Mariā.i.dominā in-
terpretari ſicqꝫ illi famuleṫ diligentius ac puriſſi
mis deuotionis viſceribus inſeruiat, per cui⁹ in-
terceſſionē tandē ęternę vitę ꝑmia domino largiē
te ꝑcipiat, q̄ nobis cōcedat dominus dominantiū
eiuſdem deiparę filius per omnia ſecula deus be-
nedictus. Amen.

## Cap.X.

¶De reliquiis paſſionis Chriſti ſacramentis, ac ſe
pultura eius glorioſa.

Vox Mariæ.

VEni dilecte mi egrediamur in
agrū, cōmoremur in villis. Ma
ne ſurgamus ad vineas, videa-
mus ſi floruit vinea, ſi flores fruct⁹ par
turiūt, ſi floruerūt mala punica: ibi da
bo tibi vbera mea. Mādragorę dederūt
odorē ſuū in portis noſtris. Oīa poma
noua & vetera dilecte mi ſeruaui tibi.
¶Inęſtimabilis dolor Saluatoris patiētis, inęſti- A
mabilis & virginis compatiētis, ſed charitatis ar
dor longe ſuperior: q̄ viuificationis noſtrę ſitim

in vtroq; tā vegetē,& efficacē excitauit,vt oīno ne
quiuerint inter tot anguſtias noſtri nō meminiſ
ſe:pœnis vterq; obruit, inualeſcit momētis oībꝰ
dolor,atq; ſupra oēm acerbitatē īcrudeſcit: dēſan
tur tenebrę,lachrymę multiplicant̄: ſed aq̄ iſtę, q̄
uis multę & fortes,nō potuerūt extinguere cha
ritatē:vnde & ſalutis noſtrę ſitiētiſſimꝰ dei vnige
nitus. Sitio inq̄t. Cū ſudore,tū plagis & vulneri
bus diuerſis totiꝰ dn̄ici corpis humor exhauſtꝰ
erat,vt mirū videri nō poſſit eūdē poſt tātos ago
nes laborioſiſſime acriterq; ſitiuiſſe. Sed ſi ītroſpi
cias attētius videbis & ſitim hāc ad ſalutis nr̄ę cō
ſūmationē directiꝰ vergere. Regnabat em̄ pctm̄ in
mortali nr̄o corpe, mēbrorūq; oīm tyrānidi potē
ter icubabat,maxime aūt linguę, q̄ maculat totū
corpus(vt Apl's Iacobꝰ ait)& inflāmat rotā nati
uitatis nr̄æ inflāmata a gehēna:in hac autē nihil
moleſtū videbat̄ ad nr̄ę loquacitatis & virulētię
ſpurcitiā expiādā hactenꝰ ptuliſſe. Cū iā(vt fundi
tus poſſet in cęteris mēbriſ peccati tyrānis īperio
ſa excuti atq; extirpari) acerbiſſime paſſionis do
lor mēbra oīa puaſiſſet. Quid igit̄ hāc ne inexpi
atā impurāq; relinq̄ret,in qua bn̄dicimus deū &
patrē minime. Hāc itaq; ſicut & cętera purgare,
reparare,& illuſtrare deſiderās ait filio. Alapis cę
ſus,virgis & flagellis laceratꝰ, ſpinis coronatus,
cruci conclauatus,& in aerē eleuatus, ſilentium
diu inuiolatū tenuit,& ſicut ouis ad occiſionem
B mutus duci ſe non detrectauit. At ſiti grauatus
clamauit dicens, Sitio: vt vel hunc in modū lin
guę nr̄ę delicta maximo redimi non dubitaremꝰ,
cuius vnius doloris ſatiſfactorij magnitudo re
demptori clamorem extorſiſſet, vel etiam vt cla



mantem audientes,q̄d de ſcripturis implendum
reſtabat euangeliſta teſte pficerēt. Sic em̄ habes:il
li ergo ſpōgiā plenam aceto, hyſopo circūponētes
obtulerūt ori eius. Sed o deꝰ, hæccine reddis dn̄o
popule ſtulte & inſipiēs? in ſudore ſanguineo,in
genarū vellicatu, in graui flagellatione, in ſpineo
coronamēto,in violēta expoliatione,in manuum
terebratione ſolis ardoribus,obnudatus & vētis
expoſitus oīm in ſalutis tuæ gratiā humore ex
hauſto ſicut cremiū exaruit, laborauit tota die,
ac ſiti tandē miſerabiliter oppſſus deficit:& tu vi
nea degenerās, & cōuerſa in amaritudinem vitis
alienæ,in ſiti eiꝰ potare illū aceto nō erubeſcis. Iu
bet Salomon rex quondā tuus ſicerā dari mœrē
tibus,& vinū his q̄ amaro ſunt animo:& tu tan
tis repletū amaritudinibꝰ inebriare abſinthio nō
vereris? Vinū aromaticū & forte morti addictis
ppinandū auitis tuis ſanctionibus cautū eſt, &
tu iuxta Amos vaticiniū vinū peccatoꝝ bibēs,cō
uertis in abſinthiū redēptoris tui iudiciū, & re
gis cęlorū. Memoria memor eſto,o aīa deuota,&
ſolicite recordare paupratiſ,& trāſgreſſionis abſin
thij & fellis huiꝰ,qa hęc ꝯſans in corde tuo iugi
ter in deo ſpabis. Vide igit̄ q̄ſo te diligēterq; pſide
ra,quō fons vitę exaruit:& illi ne aq̄ q̄dē ſtilla ero
gata eſt,q̄ ibribꝰ rore & pluuia inebriat vniuer
ſa:mel largit̄,& abſinthio reficit̄:muſtū impertit̄
& felle ſaturat̄ vinū vuis ipimit datq; mero tor
cularia redūdare,& acetū ſitiēs accepit. Atq; cū gu
ſtaſſet,noluit bibere. O dolor nō bibit traiiciēdo C
vbi poſſet recreari. humectare.n.pt,& ſiti mitigā
do releuare,linire, & aliq̄tenꝰ recreare quis potꝰ
etiā amariſſimꝰ,vbi ad īteriora penetrauerit: at

dn̄s(vt dixi)nō bibit traijciendo vbi poſſet recre=
ari,guſtauit tn̄, vt in ore liceret vehemētiꝰ cru=
ciari. Quid adhuc deſideras o Iudeę ferociſſime?
nū etiā nūc crudeliꝰ aliqd ꝑſtare tu poteras?nō pu
to,nā hactenꝰ te ſequiturū ꝓphetica patrū tuorū
C ꝑſenſit energia. Tu aūt qđ ꝑſagierant cumulatiſ
ſime crudeliſſimeq́ꝫ ꝑſtitiſti:non qa preuiderant
abſit hoc,ſed qa eras tu vſqꝫ adeo inſignis crudeli
tatis futurꝰ,idcirco illis hęc ipſa ꝑſagire eſt cōceſ
ſum. His aūt peractis Ieſus ait. Cōſūmatū ē,hoc
eſt ea q̄ ſcripta ſunt de me ſecundū diſpenſationē
infirmitatis,finē habēt, nō eſt cur populi furētis
inſaniā ampliꝰ expectē:agere vlterius aliqd ſyna=
goga inueterata nō pōt. Exhinc ꝓmouenda ſunt
D documenta virtutis. Qđ vt virgo benedicta au=
diuit,ſalutis noſtrę & ipſa ſitiētiſſima,ex intimis
cordis fontibꝰ gemitū eliciēs,veni dilecte mi inqt.
Egrediamur in agrum,cōmoremur in villis &c,
Satiꝰ eñ ducebat poſteaq̄ cōſummatū eſt opus
qđ dedit ei pater vt faceret, illū ad eccleſię myſte=
ria auſpicanda,ſynagoga dimiſſa tranſire,q̄ diu=
tius viuendo tā immanibus ſupraq́ꝫ ferinam ra
biē efferatis laniatibus expoſitum iri. Et bene ait
egrediamur ille.ſ.re ipſa quo ad animā. hęc vero
affectū. Tāetſi eñ re cōmortua nō ſit ipa,affectu
tn̄ mortua eſt. Egrediamur inqt in agrū nō iam
pigrę ſynagogæ,ſentibꝰ,vrticis,ac ſpinis horrētē,
ſed eccl'ię cuiꝰagricola deꝰ,cuiꝰ ſemē verbū dei,cu
ius fons irriguꝰ Chriſti latꝰ & vulnera. In hunc
agrū moriēs redēptor exiuit,veloq́ꝫ tēpli ſciſſo &
ſynagoga dimiſſa ad eccl'ię cū militātis,tū triūphā
tis myſteria cōplēda & fundamēta iaciēda ꝓmo=
uēdaq́ꝫ trāſiuit. Sic quōdā Iſaac matre ſua Sara



mortua egreſſus legit̄ ad meditādū ī agro,cui no
ua nupta eueſtigio fit obuia, q̄ mr̄is in thalamū
ſubrogata,amarulētiā animi mr̄no e funere cōce
ptā cū vxoria ſuauitate, tū etiā cādore q̄dā genui
no,atq́ꝫ hūilitat; ſingulari ꝯdimēto deliniret. Sed
ad rē. Cōmoremur iqt ī villis. Villę,loca ſūt extra E
vrbes habitādi grā ꝯſtituta,q̄lis fuit extra Hieruſ.
cæleſtē lymbꝰ patrū,extra Hieruſalē terrenam ſe
pulchrū:in vtraq́ꝫ villa poſt mortē triduo māſit
dei filiꝰ,in altera nimirū ſcđm aīam,in altera ſcđꝫ
corpus: māſit & virgo bn̄dicta affectu ꝑ quē aīa
hauddubie vbi amat ꝑfectiꝰ eē,q̄ vbi aīat iudicat̄.
Seqt̄. mane ſurgamꝰ ad vineas. Si ꝯmorimur(ait
Ap'ls)& cōuiuemꝰ. Quid igit̄ ꝯſequētiꝰ eē pōt,q̄
vt xp̄o ſpūal'r cōmorientē ſimulatq́ꝫ ille ſurrexe=
rit parit̄ reſurgere? Hoc mane grę,hoc diei ꝓmor
diū,in q̊, & ꝑ q̄ efficaciter opari & ſalubriter iā li
cet: quē & nulla īterpollat iniqtas, cui nox nulla
ſuccedit,cuiꝰ ſol occaſū neſcit,auidiſſime ſemꝑ illa
ſitiuit vbiq́ꝫ nr̄i memor, & ī profectꝰ nr̄i rōnē iu
gi ſolicitudine aſpirās. Mane inqt ſurgamꝰ ad vi
neas. Vineę ſūt aīę deuotę, q̄s poſt mane reſurre=
ctiōis,diſcuſſis īfidelitatis tenebris gratioſa deipa
ra cupit ꝑ fidē & ſacramēta deo īcremētū ꝑſtante
maturiꝰ,& efficaciꝰ plātari,fodi,putari,irrigari,
& ꝓpagari,vt floreāt ꝓmū,deīde vt flores in fru=
ctus ꝓtuberēt. Haudquaq̄ eñ ad ſacratiſſimę vir
ginis anxiā nr̄i cauſa pietatē ſatis erat,futurū cū
dixiſſet,ſi floruerit vinea,ſed ꝯtinuo adiecit,ſi flo
res fructꝰ ꝓturiūt. Magnū qppe ſi recta qs rudi=
mēta & ꝓmordia iecerit opis,ſtatim cēſeri nō de=
bet,ſed laudabile prorſus, & merito āplectēdū,eū
dē ī bono fideliter & deuote ꝑſeuerare. Floręt aūt

vineę cũ per bonũ propoſitum, per ſancta deſideria, & vota diſcreta, bonis dant exordium: Flores vero fructus parturiũt, cũ ea quę laudabiliter ꝓpoſuerunt, opere implere ſalubriter moliunť. Etẽnĩ vineę fructus non bonum deſideriũ, ſed virtutum ſoliditas, chariſmatum vbertas, & ſyncærus deuotionis affectus vſq; in finem perſeuerãs. His vero noſtri ꝓfectus incremẽtis inhians
F dei mater adiecit, ſi floruerũt mala punica. In malo punico multa grana ſeriatim digeſta clauduntur, vt per mala punica haud abſurde fas ſit exiſtimare ſanctas congregationes, religiones, & cœtus oẽs, quibus v̄go bñdicta ſupintendẽdi beneficium impendit. Floruerũt aũt in primitiua eccleſia maxime, q̃n omniũ vna erat religio, aĩa vna & cor vnũ, vendẽtibus ſingulis poſſeſſiones ſuas & in cõmune cõferẽtibus, vñ vnicuiq; qđ opus erat poſſet ĩpẽdi, frigeſcente aũt & pœne deficiente huiuſcemodi ꝓpoſito, ſucceſſerũt & ſpecioſiſſime floruerũt religiones diuerſę, Antiochię, Alexandriæ, in Aegypto, & pluribus aliis mũdi regionib⁹ inſtitutę, quarũ multiplex ſanctorũ frequẽtia, typũ granorũ: martyres aũt purpureę malorũ punicorũ vernãtię, ac nitoris gratiã, virgine inuiſente & Chriſto cooperãte expſſerũt. hæc & filia ad noſtrã vtilitatẽ, ſui ſolatiũ, & Chriſti refrigeriũ ꝑcãte dei matre & virgine, clamãs voce magna dei filius ex
G pirauit. Vidẽs aũt Cẽturio q ex aduerſo ſtabat, q̄a ſic clamãs expiraſſet, ait: vere fili⁹ dei erat homo iſte & oĩs turba eorũ q ſimul aderãt ad ſpectaculũ iſtud, & videbãt q̃ fiebãt, tũdẽtes pectora ſua reuertebanť. Tũ poſteaq̃ vnus militũ lancea lat⁹ ei⁹ aperuit, exeũte aqua & ſanguine, portã eccleſię



ſacramẽtalẽ ingredi cupiẽtib⁹ refertã oſtẽdit. Sub hęc ecce vir noĩe Ioſeph ab Arimathia, nobilis decurio q & ipſe erat expectãs regnũ dei audacter introiuit ad Pilatũ & petiit corpus Ieſu: & ꝑmiſit Pilatus, venit autẽ & Nicodemus, q venerat ad Ieſum nocte ꝑmũ, ferẽs mixturã myrrhę, & aloes quaſi libras centũ. acceperũt itaq; corpus Ieſu, & ligauerũt lintheis cũ aromatib⁹ ſicut mos eſt Iudęis ſepelire. De his ergo iuſtis, raraq; ęſtimatione primatib⁹ loquens virgo ſanctiſſima ſubiecit, Mãdragorę dederũt odorẽ ſuũ in portis noſtris. Mãdragora q̄ppe, hærba aromatica alti⁹ radices H
figit, fere ad corporis humani ſimilitudinẽ, ſed ſupra terrã nõ eleuať, cuius ſuccus eaten⁹ ſomnũ cõciliat, vt ꝓpemodũ inſenſibilẽ reddat. Per hanc igiť rarã quidẽ & inuentu difficilẽ, duos iſtos humanitatis ſtudioſos potiſſimũ deſignatos puto, quippe q ex Iudęa orti ſint, q̃ terrenis tota deſideriis & ꝓmiſſionib⁹ immerſa, ad cæleſtia pigra & torpẽs minime animũ ſuſpẽdebat. Inter cętera autẽ hoꝝ duorũ ſuccus myrrha. ſ. & aloe ſoporato Chriſto, & in ſepulcro q̄eſcẽti militauit, ne putredinẽ ſentiret aut videret caro ei⁹ corruptionẽ, ſed eſſet iuxta Prophetæ vaticinium ſepulcrum ei⁹ glorioſum. Et bene in portis noſtris. per portas enim hic mortem redemptoris ſepulturamq;, ac reſurrectionem intelligimus. Hæc enim pertranſiens Chriſtus primũ velo templi diſciſſo a ſummo vſq; deorſum ſynagogam egreſſus deſeruit. Latere autem eius lancea perforato eccleſiam militantem ingreſſus conſecrauit, ditauitq;. Reſurgens vero triumphantem. Subiit etiam ſimul & virgo benedicta, ac pauloposť multitudo

non parua cū gentiū tum Iudęorū,qui ſimul ad ſpectaculū aderāt,quos vt virgo cōſpexit reuertētes cōpūctos,& pectora ſua pcutiētes,de ſpe emēdatiōis ac ſalutis opinione ſtati gratulat̃ filio dicēs. Oīa poma noua & vetera dilecte mi ſeruaui
I tibi.Nam per noua gentiles,& per vetera Iudęos ſignificat: vel potius per vetera eos qui ante paſſionem crediderūt,ſicut apoſtoli & cæteri diſcipuli,per noua autē eos qui poſt paſſionē acceſſerūt. Hos enim omnes Chriſto ſeruauit virgo benedicta,quia fidem quā nunq̄ perdidit in illis pro viribus verbo reſtituit,& exemplis.Ad fidē quippe per illam & qui crediderant inuenere reditum,& qui non venerant acceſſum.

## Cap.XI.

De pręcellēti virginis Marię deſiderio ſup acceleratione reſurrectionis filij ſui vnigeniti,& multis ad reſurrectionem pertinentibus.

### Vox Virginis.

Quis mihi det te fratrē meum ſugentem vbera matris meæ, vt inueniam te ſolum foris & deoſculer te:& iam me nemo deſpiciat: Appręhendā te & ducam in domū matris meę & in cubiculū genitricis meę, ibi me docebis & dabo tibi poculum ex vino condito & muſtum malogranatorum meorum.



¶Heri & nudiuſtertiꝰ verſa erat in luctū cithara virginalis,Marath quippe vocari q̄ Maria tā triſti rerū ſuarū habitu domina noſtra peroptauit,nimirū quā amaritudinū & anguſtiarū cataclíſmo oppleuerat omnipotēs,inuictę fidei oculis ſuſpiciētē tam triſte ſpectaculum,tragœdiam horribilē,& viſionē luctuoſam: Ieſum ſcilicet ſacerdotem magnū ſordidis veſtibus indutum,nō habentē ſpeciem nec decorem:deſpectū & nouiſſimū virorū, virū dolorū & ſcientē infirmitatem: quaſi leproſum aut certe percuſſum,a deo & humiliatū.O dolor ī quā eclipſim corruiſſe arbitrari liceat lunā noſtrā,immo luna pulchriorē, corporali viuifici ſolis aſpectu ſublato, vulnerato propter iniquitates noſtras,& vt quæ nō rapuit exolueret morte turpiſſima cōdēnato.Certe amaricati deducebant oculi ejus lachrymas per diem & noctē,liuenteſq; palpebrę eiꝰ defluebant aquis, ſuper cōtritione filij ſui, cū deficeret innocens in plateis oppidi,& quaſi homo ſine adiutorio cum ſceleratis reputatus interiret. Atqui cū crederet firmiter,& indubitāter ſperaret eū hodie vitā noſtram reſurgendo reparaturū,qui nudiuſtertiꝰ ſolus mortē noſtram moriendo deſtruxit,oportuerat ſane luctū eius verti in gaudiū. Sed enim nunc quoq; o dolor, mirę ſpei huius dilatiōe affligitur.Quis det te inquit fratrem meū ſugentē vbera matris meę,vt inueniam te ſolum foris,& deoſculer:& iam me nemo deſpiciat: Credit certe, nec deſperat ita futurū,ſed ſpes quę differtur affligit aīam.Aliter tamen,nō enim animā depaſcit afflictio hæc,ſed diſponit & pręparat advicinā rei expectatę pręſentiam feſtiuius excipiendā. Quis

A (right margin, top) — B (right margin, lower)

det te fratrem meũ, Magdalenã non alloquit̃,quę
ortolanum:nõ diſcipulos qui peregrinũ: nõ apo
ſtolos qui nunc ſpiritũ nunc viatorem ęſculenta
empturũ ſuſpicant̃,ſed ait. Quis mihi det te fra
trem meum,illũ ſingulariter conueniens,q̃ ſo:
lus hoc poterat:nẽpe qui ſolus poteſtatem habet
ponẽdi animã ſuã & cũ voluerit iterũ ſumẽdi eã.
Quis mihi det te fratrem,nõ dñm, nõ ſponſum,
nõ dilectũ appellat, ſed fratrem hoc in corpore &
aĩa ſuſcitatũ,ac perinde eiuſdẽ naturę cuiꝰ & ipſa
licet alterius glorię:ſic eñ ipſamet teſtatur dicẽs:
vt inueniã te ſolũ foris. Illum quippe foris repe:
rit,quãdo illi dñs extra mortalitatis aleã glorio:
ſus apparuit,qđ & exercitatꝰ a mortuis alicubi:
euãgelij inſinuat dicẽs. Hęc ſunt verba q̃ loquu:
tus ſum ad vos cũ adhuc eſſem vobiſcũ. Illis cer
te ꝓſens aderat quibuſcũ loquebatur . Foris tñ
erat,& nõ cũ illis,a quorũ mortali cõditione dote
immortalitatis inſignitus diſſitus erat. Et recte
ꝓmiſit,ſugentẽ vbera matris meę, ſynagogę ſcili:
cet,cuiꝰ vbera prius ſuxit,q̃ matri totus feſtiuꝰ
& fulgenti ſanctorũ agmine ſtipatus appareret.
Quia quos vel ad limbũ ſanctos vel ad purgato
riũ pœnitẽtes, ceu ad vbera quædã & fœcũditatis
ſuę receptacula ſynagoga trãſmiſerat , a mortuis
reſurgẽs dei filius ſecũ traxit,inq; myſtici corpo:
ris alimoniã & ſupernę ciuitatis reparationẽ cõ:
uertit tũ totus feſtiuus & ſplendicãti illa ſancto:
C rũ acie:vt creditu piũ eſt atq; ęquũ, maxime ſti:
patus cõparuit. Qua in re mouere quẽpiam po
teſt,quomodo ſolũ virgo bñdicta deſideret,quem
cingi tãta ſanctorũ frequẽtia reſurgentẽ nõ dubi
taret. Et inueniã te ſolũ inqt. Certe cũ eo q̃pluri:



mi reſurrexiſſe ferunt̃, & ciuitatẽ ſanctã ingredi͛
tes appariuiſſe multis. Quid ẽ ergo ſolũ. Nũ ma:
tri ſolus apparuit. Nũ reliqui a tãta acceptoꝝ bñ
ficiorum magnitudine illi terga ꝑfidię verterũt?
nũ ingrati vt ſuos vilerent dñi matrẽ faſtidiere,
carniſq; affectibꝰ poſtpoſuere? nõ puto. Et inue:
niã te ſolũ . Si cõſtaret cũ illo ſuſcitatos fuiſſe ite:
rũ morituros. Solũ illũ foris hoc eſt extra huma
nę corruptionis theatrũ inueniri merito dicere:
mus,ſed nemo gẽtiũ protinus auſit ita affirma:
re. Qu[illegible] etiã Petrus ipſe aplici ordinis princeps
cũ ſermonẽ de Dauid poſt dñicã reſurrectionem
texeret,ait. Et ſepulchrũ eius apud nos eſt. Nõ di
xit(qđ ſine cõtrouerſia ęque potuiſſet) & corpus.
Hoc eñ nõ cõſtabat. Et inueniã te ſolũ (niſi dile:
ctiõis mater redẽptiõis hũanę deſiderio vehemẽ:
tius exarſiſſet,exiſtimari poterat, quẽ ſolũ q̃ſiuiſ
ſet ꝓprie loquẽdo ſolũ inueniſſe, cæteros aũt ap:
paruiſſe potius,q̃ inuẽtos eſſe. Sed nec iſtud dixe
rim,ꝙ nõ putẽ q̃plurimos cũ xp̃o ſurgẽte reſur
recturos virgini obſcurũ fuiſſe,quoꝝ glorioſam
ꝓſentiã deuota flagitaret, quoſq; iuenit cũ ip̃o ap
parẽtes. Quid igit̃ ait & inueniã te ſolũ? Locꝰ hic
clauſus eſt,quẽ vtinã q̃ occiſus eſt agnus,& vicit
leo de tribu Iuda,nobis aperire dignet̃,& ſoluere D
ſignacula eiꝰ. Enĩuero nõ ait illa ſimpl͛r vt iueniã
te ſolũ,ſed ſequuta adiũxit foris. Chriſtus aũt &
nemo alius ceterorũ ſolus foris inuenit̃, q̃ ſolus
propria virtute ſurrexit. Cæteri vero tãetſi foris
inueniunt̃,ſed nõ ſoli foris iueniunt̃,q̃a cõi mor:
tuoꝝ harenę exẽpti immortalitatẽ appręhẽdũt,aut
reſurgunt nõ a ſe ſolis , hoc eſt non ſola ſua vir:
tute , & magnificentia gloriæ ſuæ , ſed alienæ, &

reſuſcitante eos altiſſimo,ac dexteram viuificam
porrigēte brachio ipſo dei Chriſto,qui ſolus pro
pria virtute ſurrexit, ſolus habet immortalita=
tē,& ſolus vbi voluerit & cui voluerit illā imper
titur,qđ virgo ſapientiſſima veraciter intelligens
adiecit:Et deoſculer te,& iam me nemo deſpiciat.
E Quid eſt deoſculer,an ore ad os & facie ad faciem
habere pręſentē?Hoc quidē,ſed non ſolū. Habent
enim pręſentem,quicūq; in gratia a pœnis abſo=
luti diſceſſerūt,quorū cineres nonnunq̄ vilipendi
vulgo intuemur,& irreuerenter conculcari. Sed
enim qui ſuſcitatum dei filiū oſculatur, ab alijs
deſpici nō poteſt.Oſculum quippe non animi ſo=
la pręſentia,ſed coniunctio corporū facit: vt ergo
virginem nemo deſpiciat,& illius corpus ſanctiſ=
ſimū(vti noſtra)ſi oſculum differatur in cineres
reſolutū iniquius q̄ pietati tantę par fuerit,tra=
ctetur,inuētum deoſculari haud iniuria deſide=
rat,hoc eſt conſimili corporis gloria ſociari. Mo
rienti quippe cōmori (ſi licuiſſet) voluerat,nunc
pari ſtudio geſtit glorioſo & immortali (ſi fieri
detur)ſic iungi immortalitate donata: vt diuelli
ab eo nunq̄ poſſit.Enimuero perpendēs oſculum
hoc nō auferri,ſed magna Chriſti pietate maiori
ſuo bono maxima noſtra vtilitate interim cum
morte eius ſanctiſſima & aſſumptione differri.
Quid nihilominus cōmodi, ſi protinꝰ appareat
F ſit omnibus allaturus,ſubiecit.Appręhendam te
(inquit)& ducā in domū matris meę, & in cubi=
culū genitricis meę.Sane virgo benedicta inuen=
tū appręhēdit,& in domū matris ſuę ac genitricis
cubiculū induxit,quādo in Hieruſalē ſummis ſa
cerdotibus, quibus erat ſanctuarij ceu ſecretio=



ris cubiculi credita cuſtodia,& Iudęis omnibus,
qui dubio procul ad ſynagogę matris domū per
tinēt, reſurrectionis eius gloriā ſuo modulo pu
blicauit, & ibi me docebis (inquit) Sic enī Eſaias
videns ꝓdixerat:De Sion exibit lex & verbū domi
ni de Hieruſalem.Et dñs poſteaq̄ apparuit,ape=
ruitq; diſcipulis ſenſum,vt intelligerent ſcriptu=
ras,dixit:quoniam ſic ſcriptū eſt,& ſic oportebat
Chriſtū pati,& reſurgere a mortuis tertia die,&
pręddicari in nomine eius pœnitentiā & remiſſio=
nem peccatorū in omnes gētes,incipientibꝰ a hie=
roſolyma. Ibi ergo de miſericordia & omniū ſalu
te re ipſa & q̄ efficaciſſime perdocuit,qñ in multis
argumētis apparens omnē de ſua paſſione,mor=
te,& reſurrectione, dubietatē ab apoſtolorum &
diſcipulorū ac tandē fidelium omniū pręcordijs
penitus extirpauit.Ibi me docebis non quaſi ho=
rum aliquid futurū ignoraret, ſed doceri ſe credi G
dit, ſi ipſius alumnos dñs talia docuiſſet : doceri
ſe credidit,ſi quod ſpiritu ſancto plena didicerat,
experientia ipſa cognoſceret,ſi quod futurū pro=
ſpexerat, impletū videret. Et doceri per id tēpus
nihilominus potuit multo abundātius , in pri=
mis de excellentiſſima Chriſti aſcenſione,ſpiritus
ſancti miſſione : de ſui quoq; dilatione,& poſtre=
mo de morte ſua in cōſpectu dñi ꝑcioſa:& glorio
ſa aſſumptione in corpore & anima diuino mu=
nere celebrāda.Ibi me docebis(inquit)& dabo tibi H
poculum ex vino condito.Ordo pulcherrimꝰ,vt
ille doceat,illa operetur:ille bñficiū:illa obſequiū,
ille gratiā impendat, illa meritis reſpondere con=
tēdat.Non dixit ex vino dūtaxat , ne putaret de=
nuo ad legis acrimoniam inuitaſſe reſurgentem,

ſed adiecit condito. Eſt autem vinum conditum
lętificans cor hominis,& pio labore ęſtuantē mi-
re confortans legis euangelicę gratia, cuius pluſq̃
nectarea ſuauitate mater in pigmentarię cuiuſ-
dam peritiſſimę vicem, ſuſcitatum Saluatorem
& feſtiuius apparentem potauit in mēbris ſuis,
quando ad eius laudem & gloriam nunc apoſto
los, nunc euangeliſtas, nūc diſcipulos,& reliquos
omnes recenter cōuerſos de legis auſteritate per
Chriſtum patientem exhauſta, de promiſſorum
fide,& prophetiarum omnium adimpletione, ple
nius imbuit, quando de ſacramētorum efficacia,
q̃n & de legis euāgelicæ māſuetiſſima, vereq; mel-
litiſſima erudiuit lenitate, clementia facilitate, &
gratia. His em̃ virgo pigmētaria, aliiſq; multis fi
deliū mentes excitauit, iſlāmauit, inebriauitq;,&
ad filij ſui ſingulare refrigerium pertraxit: vt nō
ſit prorſus cur poſſit iam inſcitiā iure vocifera-
ri. Sed quid hęc quęſo? Eorum certe non paucos,
maxime autem prelatos, & eccleſiarum capita ea
tenus fouit, inſtruxit, roborauit, & ī fide cōſum
mauit: vt morte propria Chriſti reſurrectionem
aſſerere & ſui ſanguinis effuſione largiſſima, pa-
tientis ardētiſſimam charitatem imitando recre-
are nullatenus dubitarint: ſic enim ſequuta ad-
iunxit,& muſtum malogranatorum meorum.
I Malogranata quæ (vt ſupra diximus) ſplendenti-
bus granis, & mirifico ordine digeſtis, ſunt ple-
na, ſanctorum congregationes ſignificant. Horū
vero muſtum odoriferum,& deuotionis magni
tudine ſupra modum efferueſcens, myſterium
adumbrat præcocis fidei illorum, qui a diuino
amore ſuccenſi, ad matyrium conuolabant, ma-



xime autem prelatorum, quorum intereſt nul-
lis perſequutionibus ſuperari, ſed pro ouibus
ſuis ad Chriſti exemplum ponere (cum tempo-
ris anſa, & rerum vſus exegerit) animas ſuas,
hoc autem muſtū Chriſto reſurgenti toties ma-
ria obtulit, quoties illos exemplo, monitiſve, aut
precibus erexit, communiuit, & ad martyrij pal
mam amplectendam confortauit, quos omnes
non ab re ceu poculum memoratur Chriſtꝰ aſ-
ſumpſiſſe martyres: quippe feruente tunc Chri-
ſti ſanguine, & recenti adhuc paſſione victorioſiſ
ſima,& fidelium q̃plurimi ad ſupernæ ciuitatis
inſtaurandas ruinas demigrantes, in purgato-
rio non conterebantur, nō comminuebantur, &
vt viuificari poſſent, anxio labore non diſponebā
tur, ſed cum omni voluptate, & exhilaratiſſimi
cordis propenſione, ſicut potus egregius, nulla
anguſtia, nullo labore remorati penetrabant. At-
qui nunc o dolor refrixit charitas, refrixit ſan-
guis Chriſti, refrixit memoria paſſionis, & ideo
præter martyres (ſi qui ſunt) conterimur nunc
fere omnes in hoc ore,& veluti durum quid, vt
purgemur, commolimur & comminuimur ve-
hementius, vt vel ſic tandem puri putiq; poſſi-
mus ad illius ſupernæ vitæ gloriam felices per-
uenire.

## Cap.XII.

Q̃ matri primum Chriſtus apparuerit
ac de reſurrectione eius & aſcēſione quidq;
inde matri prouenerit & ſub myſtica hoꝝ
interpretatione quid nobis.

Vox Mariæ.

LEua eius ſub capite meo & dextera illius amplexabitur me. ¶Vox Chriſti. Adiuro vos filię Hieruſalem ne ſuſcitetis, neq; euigilare faciatis dilectam donec ipſa velit. ¶Vox vel angelorum vel diſcipulorũ. Quæ eſt iſta quę aſcẽdit de deſerto delicijs afflues̃, innixa ſup̱ dilectum ſuũ?

A ¶Nox in diẽ vertebatᷣ, cũ portãtes q̃ parauerant aromata mulieres, petierunt monumẽtũ, vt venientes vngerent Ieſum: illis aũt abeũtibus & domi relicta matre domini, ſecreti nact⁹ opportunitatem dei filius matri ſolitarię & amãti vehemẽtius, & grauiori animi anxietate aculeatioreq; deſiderio p̃ſtolanti, totus feſtiuus & multiplici ſanctorũ agmine comitatus apparuit. Sic enim decebat eã quæ viuentẽ ardẽtius dilexerat p̃ferri: & q̃ prius & amplius paſſionis ei⁹ gladio medullitus tranſfixa morienti condoluerat, primã conſolari, Pręhonorandã quoq; in reſurrectione primum virginẽ, deinde matrẽ fuiſſe, nemo non ſentit, qui illã recolit in angelica ſalutatione, ad hoc Chriſtũ ſpiritu ſancto ſuperueniẽte concepiſſe, vt ex ea natus ꝓ nobis moreretᷣ, atq; reſurgeret. Rationi ꝓinde conſentaneũ fuit, vt qui ſine Maria non concipitᷣ, nõ naſcitᷣ, nõ adoratᷣ: q ſine Maria nõ patitᷣ, nõ moritᷣ, nõ ſepelitᷣ: ſine Maria nõ reſurgeret: vt quę ſola meruit a ſummo cælo egreſſum ſuſcipe-



re, ſuſceptũ edere, editũ de terra leuare, & eleuatũ prima adorare etiã tũ ab inferis reducẽ, & a mortuis reſurgẽtẽ prima videret, venerareturᷣ, & adoraret: vt quæ prima laboris ac doloris vſquequaq; ſocia indiuidua fuerat & particeps in tribulatiõe: prima quoq; in ꝯſolationib⁹ particeps eſſet & regni ſup̱ oẽs virtute p̃fulgens regina angelorum, & hominũ magnificẽti⁹ exaltata: & in hac die quã fecit dñs, in nouo eccleſiæ cælo præ cæteris honorata. Sed inquies reſurgentem dñm primo Mariæ Magdalene apparuiſſe euãgeliſtę teſtati ſunt B
de hac quã virgini factã dicim⁹ apparitionẽ penitus reticentes. At ego non inficias ierim euangeliſtas hãc p̃tereũtes, Mariæ Magdalene primas dediſſe, nimirũ q ſuſcepto ꝓpoſito ſeruiẽtes eas potiſſimũ epiphanias edicere curauerũt, q̃bus vel fidelapſis conſultũ eſt, vel aſtrui apud contradicẽtes fides potuiſſet. Enimuero nec fide corruerat virgo ſancta, nec ꝓ filio apud infideles matris teſtimoniũ ꝓfuiſſet. Magdalene vero teſtimoniũ & primũ & locupletiſſimũ fecit, cũ accurata diligentia in reueſtigando, tum ad oẽs caſus infracta ſedulitas in ꝑſeuerando, & feſtiuitas in p̃dicando. Secus aũt habet ratio & collatio de virgine, quæ eodem ſemp̱ fidei gradu nixa viuentẽ non q̃ſiuit cũ mortuis, & maternitatis ſuę nunq̃ immemor inuentũ cæteris non prędicauit. Sed apparentem venerata, ſolum quid ex eius p̃ſentia ꝓmeruiſſet,
ſubindicauit dicens, Lęua eius ſub capite meo, & C
dextera illius amplexabitur me. Narrabant enĩ illę forſitan apoſtolis, quẽadmodũ ſuſcitatũ dñm & illis occurrentẽ in via vidiſſent, ſalutaſſent, tenuiſſent, & adoraſſent. At virgo benedicta, ſecretũ

meū mihi,ſecretū meū mihi,non attinet nūc quæ
viderim euulgare,hoc tamen vnū perſuaſas vos
velim,quia lęua eius ſub capite meo, & dextera il
lius amplexabitur me. Secura loquitur. Enīuero
quā quęſo hic Chriſti lęuā appellat, quāve dexte=
ram,aut quod caput eius arbitramur? Lęua eiꝰ
ſub capite meo inquit, & dextera illius amplexa=
bitur me. Nū hic delineatos humani corporis ar
tus credemus? minime. Spirituale eſt om̄ino qc=
quid hic geritur,non corporale, alioqui ſuperua
caneū fuiſſet, & ocioſę operę, verbis illud aſtruere
qđ ad aperti viſus teſtimoniū ineluctabile futu=
rū erat ꝓpediē acceptius. Cęterū ad leuā, dura &
immania pertinent, ſic enim aduerſantia omnia
ſiniſtra vocamus,proſperitatem vero dexterę no
men vendicat. Hinc e mundo redeuntem, & ad cę
los aſcendentem dei filiū in dextera dei patris ſede
re cōfitemur,hoc eſt in potioribus bonis patris.
Quā igitur aliam redemptoris noſtri lęuā dixe=
rim,niſi frigus, æſtum,famē,ſitim, vigilias, diſ=
curſus,labores fatigationes omnes,inſectationes
opprobria,blaſphemias, maledicta, contumelias
omnes, flagra,crucem, & mortem ipſam turpiſſi
mā,qua tandē damnatus occubuit, quæ omnia
reſurgente dei pariter & virginis filio, virginali
capiti ſubſtrata noſcunt̄, vt illis indormire ſecu=
ra iam poſſit,quandoquidem reſurgens ex mor=
tuis Chriſtus caput eius,iam non moritur,cui
nec aliud aduerſum quid dominari vltra poteſt,
porro ꝓſperis eius & reſurrectioni congratulan
tē ex aīo virginē dextera amplexabit̄, & reſurgētis
indicibilis glīa,lętitia exuperātiſſima ꝑfundit,ſed



parcius interim verū multo amplius arctiusq;
atq; cumulatiꝰ cū illi indiuulſa, & nulla ꝓrſus
occaſione ſeparāda adhęſerit,longęuitate ſimul &
immortalitate donata,ſed hoc poſtea: nō em̄ am=
plexatur dixit,ſed amplexabit̄. Q̄ꝗ in pro peroꝝ
nomēclatura locū obtinere poſſit pax illa atq; ſe= D
curitas,qua interim eodē authore in cæloꝝ ſubli
mia ꝓficiſcēte donat̄ cū dicit̄. Adiuro vos filię Hie
ruſalē ne ſuſcitetis neq; euigilare faciatis dilectā,
donec ipſa velit. ꝑ filias Hieruſalē hic licet ange=
los & hoīes ad eā cōtēdētes ꝓmiſcue accipere. An=
gelos qdē, vtpote qbꝰ de ꝟgine mādat̄, vt ī pulchri
tudine ab om̄i maloꝝ incurſu ſecurā ꝯſeruēt,ho
mines aūt, ne illā aut mali inſectent̄ acerbius,atq;
odioſius vellicent,aut pij vel onerēt curioſis, vel
etiā neceſſarijs pluſq̄ par eſt exerceāt. Tāta demū
trāquillitate,pace. & proſperitate, ac ſpūalibꝰ do=
nis illuſtrata,illis ſic adiurat̄ ꝟgo glorioſa, & in
clyta dei mater aduſq; mortis ſuę horā ſuꝑ om̄e
mortalitatis faſtigiū effloruit, vt neminē nō tra=
heret in vehemētiſſimā ſui admirationē,tāta pax
tāta morū ęqualitas, tātę ſuꝑnę felicitatis iā affa=
tim p̄libatę & quaſi oppigneratę delitię. hinc aſcen
ſuro in cælū redēptore, & apl'is cęteriſq; diſcipu=
lis carnalibꝰ adhuc, & p̄ſentię corporalis nimiſq̄
tenacibꝰ,eapropter lugētibꝰ,ac nimio mœrore de
tētis, hęc vna non lugebat, ſed lęta & gratulabūda
ſpectabat aſcēdētē, ꝑinde gaudio ꝑfuſa, acſi ſuꝑ di
lectū inixa cū aſcēdēte ꝓcederet, vnde vel illi vel in
cęlorū ſublimia tēdētē Chriſtū comitantes angeli
merito ſtupefacti dixerunt. Quæ eſt iſta quæ a= E
ſcendit de deſerto, delicijs affluens innixa ſuper di
lectum ſuum? Aegre admodum ferebant illi

carnalẽ dñi pſentiã a ſuo cõtubernio diuelli, illa aũt ſpiritu ſancto ac fide, diuitijs quoq; cæleſtib⁹ affluens, intantũ cõgaudebat filio, & oculis aſcendentẽ pſequebať, ac deducebat: vt nõ ſeparari ab eo, ſed innixa ſup dilectũ ſuũ cũ aſcẽdẽte pficiſci videreť. Dolebãt illi ducẽ, q eos pcedebat, & in agendis dirigebat ex oculis pdere: At illa viam in cælũ reſerari exultabat. Ingemiſcebant illi magiſtro, vt videbať, tam neceſſario priuari: At illa miſſo ſpũ ſancto ſimpliciũ corda ptinus recreari gratulabať. Dolebant illi ingruẽtib⁹ tot Iudęorũ inſidijs tot machinamẽtis increbreſcẽtib⁹, ſexcẽtiſq; miſerę hui⁹ vitę diſcriminib⁹ in dies ſuboleſcẽtibus, illũ penes quẽ oẽ pſidij ſui aſilũ, ac tutelę ſuę ſpes opes, rationeſq; oẽs ſtatuerant a ſeſe dimittere. At illa in tot aduerſis & malis vniuerſis, in patrꝭ dextera conſedentẽ aduocatũ nos habere tã fidelẽ, & mediatorẽ tã efficacẽ ſupramodũ lętabať, nõ quærens vtiq; quæ ſua ſunt, ſed quę Ieſu Chriſti capitis noſtri, & q̃ multorũ mẽbrorũ ei⁹. Recte autẽ ait: q̃ eſt iſta q̃ aſcẽdit? Aſcẽdit eñi cuius tota conuerſatio, cor, & cogitatio eſt in cælis, & de deſerto aſcendit. Nam deſertũ hic mundus merito vocabatur, quẽ ſic deſerebat dei filius ſterilẽ lignis & lapidibus, fanis & idolis, beſtijs fremẽtibus & feris ſęuientib⁹ exundantẽ, a quo aſcẽdit & virgo,

**F** Aſcendit autem non repit ſicut nos, aut lente dubioq; paſſu, & gradu ſuſpenſo incedit: ſed ingenti coruſcoq; virtutum omnium apparatu circunfulgẽs ac pluſq̃ regalibus affluẽs delicijs, raptim fertur ad patriam: non cunctatur, non laborat, non retardatur, nihil in mora habet, quia innixa ſuper dilectum ſuum eſt, a quo trahitur, eue



hitur & vehementius exaltatur: in quo & p quẽ tota viuit, regnat, triumphat, exultat & quieſcit. Nos autem non ſic: terreni nempe & rebus caducis obnoxij, & vndiq; verſum impliciti, nec cum illo nec nobiſcũ quidẽ toti ſumus: ſed miſeri defluim⁹, diſptimur, & p infirma infirmamur. Supernorumq; vſus ſi forte nõnũq̃ veniat (quando hæc rara auis eſt) ſi quid tamen veniat aut aſpirare delectet, aſcendentes ſicut fumus euaneſcimus, & in ipſo conatu deficimus, niſi per interceſſionem virginis miſertus noſtri deus, viſitans nos ex alto, cognoſcens figmentum noſtrum, recordatuſq; quoniã puluis ſumus, dum imperfectum noſtrum videnť oculi eius: manum porrigat, ac virginem ducem ſequẽtes, per eoſdem gradus dirigat, per quos ſol ipſe iuſtitiæ dignatus eſt ad Ezechię curam, ad magni ęgroti ſalutem reſtituendam, ad totius mundi reparationẽ miſericorditer inclinari. Deſcendit enim ſol iuſtitię, ſicut Eſaias ait, decem lineis, vtpote de ſinu dei patris in vterum virginis matris, in præſepium ad legis imperiũ, ad Iordanẽ in deſertum, in manus perſequentium, ad ſubſellia iudicum, in patibulum, in ſepulchrũ, ad infernum. Cur ita? Sane vt ægrotum ſanaret, periclitantẽ erueret, mortuum ſuſcitaret, & in fęcibus ſuis ſepultum erigeret, vt errantem ouem requireret, requiſitã inueniret, inuentam humeris ſuis imponeret, impoſitam reportaret, & reportatam in ſupernorũ montiũ paſcuis vberrimis educaret. Eiſdẽ igitur **G**

gradibus magno animo, maiore ſtudio, & tota virtute, non noſtris viribus, ſed ipſius opitulatrice gratia, & virgine intercedente ad ſuperna cõ

ſendamus oportet,alioqui niſi reuertatur ſol de
cem lineis,per gradus per quos deſcenderat, non
reparatur mundus, non liberatur ęgrotus, nec
Ezechias ſanatus deſideratiſſimos vitæ melioris
quindecim annos ex ſpũſſancti ſeptẽ donis & octo
beatitudinibus reſultantes accipiet. Sed quomo=
do inquies reuertetur. Ad ſepulchrũ qdẽ poteſt.
Sed enim ad crucem,ad ſubſellia iudicum,ad ma
F nus perſequentiũ,non ita, Chriſtus eñ iã nõ mo
ritur,neq; illi vltra mors dominabiẗ:deniq; nun
quid poteſt in ventrẽ matris ſuę iterato introire
& renaſci? Equidem fateor in ſeipſo iſta denuo ꝑ=
peti non poteſt,quia(vt obijcis) reſurgẽs ex mor
tuis iã nõ moritur,ſed viuificat:non iudicaẗ, ſed
iudicat:nõ ligaẗ,ſed cõpeditos ſoluit.deniq; nõ na
ſcitur,ſed regenerat:in nobis autem,cum mẽbra
eius efficimur, myſtice & ſpũaliter ſatis põt, re=
uertitur enim ſol,& de inferno Ieſus.i.ſalus aſcẽ=
dens captiuã ducit captiuitatẽ quando recogitãs
oẽs annos in amaritudine animę ſuę peccator ef
ficaci volũtate quæ damnabiliter in ſe admiſit,la=
chrymis expiat,atq; eorũ memoriã execraẗ,& cor
dicitus exhorreſcit.De ſepulchro Ieſus aſcẽdit,qñ
ad vocẽ dñicã quatriduanos fœtores peccator ꝑ
ꝓfeſſionẽ extirpat,euomit,& eliminat. de cruce ſa
lus aſcẽdit,qñ inſtitis ante ligat⁹ pctõr , ꝑ condi=
gnos cruciãtis pœnę & amarioris pœnitẽtię fru
G ctus,ac demũ ꝑ deuotã nõ iã fraudis, ſed laudis
cõfeſſionẽ,in ſpem vitę ęternę dei beneficio ꝓtinus
capeſſẽdę,cũ bono latrone erigitur.A iudicũ ſub=
ſelliis Ieſus aſcẽdit,qñ peccator cũ aduerſario ſuo
(legẽ loquor gerẽtib⁹ iniqua iugiter aduerſantẽ)
ꝯcordat in via,dirigitq; in viã rectã greſſus ſuos



ne diutius oberrãtẽ tradat aduerſarius iudici,&
iudex exactori. De ꝑſequẽtiũ manibus ſalus aſcẽ
dit,quãdo peccator quos ꝑ mala exẽpla ad ĩferna
ꝓtrahẽdo ſibi pœnarũ author::s effecerat, reuocã
do ꝑ orationes,monitiones & vitę melioris exẽ=
pla ſibi cõciliat,& ſocios parat ad coronã:de deſer
to Ieſus aſcẽdit,qñ lapide monumẽti prauę ꝯſue
tudinis reuoluto peccator tẽptandus interim ac
ꝓbandus educiẗ ꝑ terrã inhabitabilẽ, & inuiã, &
imaginẽ mortis terrã horribilẽ in qua eſt ſerpẽs
flatu adurẽs,diabolus.ſ.cuius anhelitus prunas
ardere facit,& Scorpio, hæc eſt caro, quæ primo
blanditur,& in fine mordet vt coluber,& dipſis,
id eſt amor mũdi,a quo qcũq; ꝑcuſſus eſt,ſiti pe
rit. Educiẗ aũt,& tẽptaẗ ꝑ oĩa, vt ꝓbatus inuẽt⁹
induci tandẽ poſſit in terrã lacte,& melle manan H
tẽ.Ante tñ illi de Iordane aſcẽdẽdũ ẽ.A Iordane er
go(qui deſcenſio dicitur,Ieſus aſcendit,quãdo pec
cator ante ſui ꝓdigus inde ad deũ effundens ſicut
aquã cor ſuũ,ac q̃ retro ſunt oblitus, indeclinabi
li emendatioris vitę ſemita cõuertitur,vt ſtolam
primam calciamenta ſimul & annulum merea=
tur accipere.De legis imperio Ieſus aſcẽdit,qñ nõ
iã mercenarius,ſed filius,nõ iã peccator,ſed iuſt⁹
cui nõ eſt lex poſita,in opulẽtis vitę actiuę operi
bus augeẗ,effloreſcit, & magnificẽtius dilatatur.
De p̄ſepio Ieſus aſcendit , quãdo iuſt⁹ noſter ma
nu fortis,& quaſi alter Dauid ſuccreſcẽs, ac ſem
per ſeipſo fortior ꝑ ꝟtutes purgatiuas incedẽs,
vitę cõtẽplatiuę illuminatos oculos cordis acci=
pit in agnitionẽ dei & dñi nr̃i Ieſu Chriſti.De bea
tiſſimæ ꝟginis Marię vtero Ieſus aſcẽdit qñ alter
Moyſes iuſt⁹ nr̃,ĩ purgati animi ꝟtutum monte

editiſſimo conſtitutus,intrat cũ Ieſu in medium
nebulæ,vel cũ Paulo in tertiũ cęlum,& ibi audit
ineffabilia verba,quę non licet homini loqui.Sed
extra corpus. Nã ſi quis cũ carnis ſarcina fas ha
beat ad tãtę glorię & p̃rogatiuę aſcẽſum admitti,
neſcio,deus ſcit.Beatus tñ & plane beatus,qui ſic
aſcẽſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lachry-
marũ:modo iugiter nitatur & ipſe ſup̱ dilectum
ſuũ,& totus illius arbitrio ſeſe permittat. Quia
& ſi nõ repẽte,vt Chriſtus, certe pedetentim per
dictos gradus incedẽs, tandẽ Chriſto opitulante
& virginẽ intercedẽte perueniet: vt videat deum
deorũ in Sion,vt videat lætitiam Hieruſalem, &
gaudiũ permagnificũ:quod oculus nõ vidit, nec
auris audiuit deꝰ abſq; te,qui hęc pręparaſti di-
ligentibus te.Sed enim iamiam ad patris dexterã
ſedente dei filio,& apoſtolis a monte oliueti pedẽ
referentibus,regrediatur & noſtra cõmẽtatio ad
id vnde ſe profluentius dudum auocauit.

## Cap.XIII.

Tractatur de ſancto ſpiritu virginẽ cũ apoſto-
lis ac reliquis Chriſti diſcipulis replente, deq; il-
lius efficacia & virtute.

### Vox Spiritus ſancti.

SVb arbore malo ſuſcitaui te,
ibi corrupta eſt mater tua, ibi
violata eſt genitrix tua. Pone
me vt ſignaculũ ſuper còr tuum: ſigna
culum ſuper brachium tuũ,quia fortis



eſt vt mors dilectio dura ſicut infernꝰ
ęmulatio,lampades eiꝰ lampades ignis
atq; flammarũ,aquę multæ nõ poterũt
extinguere charitatẽ, nec flumina ob-
ruent illã. Si dederit homo oẽm ſubſtã
tiam domus ſuæ pro dilectione quaſi
nihil deſpiciet eam.

¶Poſteaq̃ cõpleti ſunt dies pentecoſtes perſeue- A
rãtibus ap̃lis vnanimiter in oratiõe cũ mulieri-
bus & Maria matre Ieſu factus eſt repẽte de cęlo
ſonus tanq̃ aduenientis ſpũs vehemẽtis,& reple-
uit totã domũ vbi erãt ſedẽtes.Apparuerũt autẽ
illis diſpertitę linguę tanq̃ ignis, ſeditq; ſuper ſin
gulos eorũ ſpũs ſanctus,maxime autẽ ſuper ſa-
crariũ ſuũ perbenedictã dei matrẽ & virginẽ, nõ
vt munus inchoet,ſed vt magnificet inchoatum.
Illã etenim a cõmuni ereptã iniuria & in gratia
primo editã,iãdudũ permagnificis oppignerarat
chariſmatũ donarijs: primũ in ſancta eiꝰ ꝯceptio
ne & natiuitate glorioſa,deinde in tẽplo p̃ſentatã
& diutius cõuerſantẽ,tũ ĩ ſalutatiõe angelica,dñi
ca annũciatiõe,partu,apparitione cõuictu xp̃i aſ
ſiduo,& ad poſtremũ ſub cruce propalam edocet
ſub arbore malo inquit ſuſcitaui te. Sũt eñ ver-
ba hęc ſpũs ſancti in die ſancto pentecoſtes eo co-
pioſius illabẽtis quo tãti muneris capacior cæte- B
ris nullatenus ambigit. Quęcũq; eñ nobis libe-
raliſſimo amore impertit altiſſimus nũc a culpa
p̃ſeruãdo,nũc relaxãdo cõtractã,nũc gratiã,virtu
tes,dona,beatitudines & fructus,& quicq̃d aliud

preſtari cũ in ꝓſperis tũ in aduerſis põt, immo ſeipſm impẽdẽdo,ſicut ſũmę bonitatis amãtiſſima munera & effect⁹ liberales ſpũi ſancto ſũmę bonitati ſpecialiter ac genuina ꝓprietate tribuũtur. Nũc itaq; ꝟginis ſub cruce filio cõpatiẽtis & morięti vnigenito ꝓpemodũ cõmoriẽtis paracleſim, fidẽ & cõſtantiã victorioſam ſibi vẽdicat idẽ ſpũs paraclit⁹ dicẽs. Sub arbore malo ſuſcitaui te. Hic autẽ p arborẽ malũ crucis arborẽ intelligim⁹, in qua pepẽdit ille quũ malo ĩter ligna ſiluarũ ſuperius pdocte ſatꝫ ꝟgo bñdicta ꝯpoſuit,pepẽdit aũt ſicut fruct⁹ ĩ arbore & ĩ malo malũ egregiũ odoriferũq; quo & mala noſtra expiari poſſent, poſſet & fames refici ac ſitis extingui. Hac igit ſub arbore decora & fulgida ornata regis purpura inclita & nobili nulla ſilua qualẽ ꝓfert frõde flore germine ſcti ſpũs ꝟtute & gr̃a ſuſcitata eſt virgo dei genitrix,in primis p internã cõſolationẽ ne inter tot agones & moriẽtis vnigeniti anguſtias occũberet. Deinde vt fide ſtãs eccl'ię lumẽ in apl'is,& cęteris diſcipulis extinctũ, viuũ & indeficiẽs retineret. Ad hęc ſuſcitata ẽ & illabẽte paraclito ſublimius ꝯfortata:vt nup lapſos poſſet erigere, ꝯfortare,& ad reſurrectiõis viſendã gl'iam ꝑparare. Hoc eñ auguſtiſſimę trinitatis ſacratiſſima diſpẽſatione ꝓuidit ſpũs ſanct⁹:vt vñ alij corruebãt idẽ illa in oĩm oculis ſuſcitaret,hoc eſt ſtatueret,ꝓficeret,& mẽte puigili,nulloq; caſu aut reatu abſorpta,pſeuerare dignoſceret:quatin⁹ inter aduerſa ꝑſtare quãtũ poſſit ipſe paraclit⁹ hac occaſiõe ꝓſpicuũ fieret vniuerſis: vnde & ſequut⁹ adiunxit. Ibi C corrupta eſt mater tua. Quare? ob hoc certe qa ſpũi non ſancto ſꝫ Satana agebat. Corrupta eſt autem mater ꝟginis ſynagoga & ſub cruce genitrix ei⁹ violata,qa cõſummatis oĩb⁹ q̃ de xp̃o erãt,interierũt legalia,iudicialia cõmutata ſunt, & veteris illi⁹ ppl'i antiquata ſacramẽta:ĩ cui⁹ rei ſignũ a ſũmo vſq; deorſũ velũ tẽpli ſciſſum legim⁹. Corrupta q̃q; eſt ſub cruce ſynagoga q̃ ſanguinẽ xp̃i ꝑcioſum nõ ad ſalutẽ,ſꝫ ad corruptionẽ,ad iigtatẽ ſibi & mortẽ ppetuã flagitauit ſup ſe & ſup filios ſuos effundi. Hinc dr̃ adhuc & nũc Iudęos in paraſceue q̃ turpiſſimo etiã corpali ſanguinis ꝓfluuio ſcaturire pcuſſos in poſteriora & opprobrio ſempiterno donatos: ſiquidẽ dilexerũt maledictionẽ,& venit eis & noluerũt bñdictionẽ & elõgata eſt ab eis. Sꝫ ad rẽ. Poſtremo ſynagogã ſpũaliter corruptã nemo dubitabit,q pſeuerãtẽ illius cęcitatẽ agnouerit. Vſq; adeo eñ ſub cruce illa victorioſiſſima excęcata eſt:vt quẽ ſol,luna,aer,terra,& lapides ꝯfitebant,nõ agnoſceret:neq; in præſens vſq; agnoſcat,ſꝫ cũ diabolico ſuo barraba homicida a principio inſtãtius pſeueret. Si aũt cõtẽdat quis,ſicut ſynagogã ꝟginis matrẽ dixim⁹,ita & ſynagogę & ꝟginis genitricẽ gẽtilitatẽ appellari nõ abnuã:ibi eñ haud pter cõmeritũ cenſebit violata gẽtilitas,quãdo Iudęorũ ſuaſu & importunitate perdẽdęq; dignitatis metu cõpulſus pilatus morti deſtinauit vitę authorẽ:quãdo & illi⁹ miniſtri ac ſatellites gẽtiles ad Iudęoꝝ ꝓmerẽdã gratiã immaniſſimę prorſus eandẽ ſentẽtiã exequutioni demandarunt. Sed rectius meo iudicio ſiue marię,ſiue ſynagogę genitricẽ acceperis,eccleſiã genitricẽ dixerim quã a primo Abel vſq; ad vltimũ ſaluãdoꝝ nullus cõem oĩm parentẽ ĩficias ierit. Quæ ſub arbore malo violata recte aſtruitur

nimirũ ſub qua fidẽ perdidiſſe percuſſo paſtore oues gregis diſperſę & ꝑcuſſo capite mẽbra diſſoluta, diſſociata, diuulſa, diſiectaqꝫ legũtur. Obeũte eñ Saluatore, in fugã acti diſcipuli fidẽ perdiderunt, vna hac virgine paracliti fulta ꝓſidio fidẽ incõcuſſam retinẽte. Sic ergo ait. Sub arbore malo luſcitaui te, ibi corrupta eſt mater tua, ibi violata eſt genitrix tua, veluti ſi dicas vbi corrupta eſt mater tua, vbi violata eſt genitrix tua: ibi ſuſcitaui te, hoc ẽ, ibi meo mũere ſuſcitata es magnificata es & inualuiſti vbi alij cõmoti & cõturbati corruerũt. Sed eñ ſi moriẽte filio corrupta matre ꝟginis & ei⁹ genitrice violata ſi excęcatis Iudęis & ex aduerſo ſtãtibus ſignauiter in fugam verſis apl̃is & diſcipulis oĩbus ſecreto paracliti ꝓſidio vallata gratioſa dei mater euſqꝫ inualuit: vt ad oẽs calamitates infractã, atqꝫ adeo integrã animi cõſtãtiã geſtãs poſſet, & cęteris exẽpli eiuſdẽ calcar inijcere, Quid q̃ſo regnãte nũc in cęlis filio ei⁹ dãte dona hominib⁹, & effũdẽte de ſpiritu ſuo ſup oẽm carnẽ illi ꝓſtandũ exiſtimemus, illi inquã tam purę tã ſanctæ tã capaci & ad cæleſtis illi⁹ balſami ſuſceptionẽ modis oĩb⁹ coaptatę, niſi vt ſacrariũ ſuũ ſpũs ſanctus & vas iſtud eximiũ tãta plenitudine & copia ꝑfundat: vt nedũ ſuis ſꝫ imminẽtibus oĩm tribulationib⁹ euincendis per infinita ſęcula ſufficiat & abũdet? Imminebat aũt hora in qua oĩs qui xp̃i diſcipulos ac ſequaces interfeciſſet, arbitraret̃ obſequiũſe ꝓſtare deo. Hic & diſcipulos ſuos xp̃s. Videte voſmetipſos. Tradẽt eñ vos in cõcilijs & in ſynagogis vapulabitis, & ante reges & ꝓſides ſtabitis ꝓpter me in teſtimoniũ illis. Et poſt pauca. Tradet autẽ frater fratrẽ



in mortẽ & pater filiũ & cõſurgent filij in parentes & morte afficiẽt eos, & eritis odio oĩbus hominibus propter nomen meũ. Quid crudelius? Quid ad hãc ſententiã addi poteſt immani⁹? Certe ni fallor his ſuperãdis nõ minus eſt (q̃ ſub cruce & xp̃i paſſione fuit) paracliti fauor q̃ periclitãtes erigat, & cõſtantię inmoto gradu fulciat, neceſſarius immo & amplius vtpote qui tunc corporali Chriſti ꝓſentia penitus eſſent deſtituti, & ideo virgini loquẽs ꝓuide ſatis adiecit. Pone me D
vt ſignaculũ ſuper cor tuũ: vt ſignaculũ ſup brachium tuũ quia fortis eſt vt mors dilectio & dura ſicut infernus ęmulatio. Ac ſi dicat. Tũc ex Iudęis tuo filio: Sed nũc tibi & fidelib⁹ vniuerſis ex omnibus filij tui aduerſarijs grauioris periculi moles incũbit: qđ tñ vincere & aduerſorũ omniũ conatus irritos aſpernari poſſis facile atqꝫ expugnare, ſi me ſup cor tuũ & ſup brachiũ tuũ ſignaculũ poſueris. Quia fortis eſt vt mors dilectio & dura ſicut infern⁹ ęmulatio. Hic aũt penſandũ attẽtius & quæ dicunt̃ exactius cõſiderãda ſunt. Non eñ ait pone euangelicã doctrinã & ꝓdicationẽ apoſtolicã aut pone crucẽ & filij tui paſſionẽ, aut demũ pone dilectionẽ dei ac ꝓximi & creatã charitatẽ ſuper cor tuũ &c. ſed ſignanter ait, pone me videlicet q̃ horũ oĩm author q̃ patris & filij amor ſum & nexus q̃ dei quoqꝫ ſũ, & hoĩm charitas increata. Sic eñ & dñs ad diſcipulos ſuos de eiſdẽ tribulationib⁹ loquẽs, iuſſit. Cũ aũt tradent vos inqt nolite cogitare quõ aut qđ loquamini, dabit̃ eñ vobis in illa hora qđ loquamini. nõ eñ vos eſtis q̃ loquimini ſꝫ ſpũs pr̃is veſtri q̃ loquit̃ in vobis. Cęterũ iãdudũ virginis ligauerat man⁹

ſpũs ſanct⁹, cippauerat pedes,collũ obſtrinxerat
mentẽ deniq̃ & ſenſus oẽs olim ꝑoccupãs imple-
uerat incarcerataq̃ in cella vinaria ſic dudũ: vt
clibanũ totã igniuerat: vt ĩ ea intimũ abditũq̃ eẽt
nihil quo nõ ille efficaciſſime penetraſſet. Quo fit
vt intimis ei⁹ nũc illabi nõ quærat,ſed ſuꝑ cor &
brachiũ nõ quouis modo ſed ſicut ſignaculũ col-
locari. Legimus ſuꝑcilioſos & carnales legis anti-
quę ꝓfeſſores vt accepti bñficij memores eſſent &
mãdatorũ dei nunq̃ memoriã obduceret ſitus tẽ
porũ,in fronte,in manu,in digito & palliorũ an-
gulis materiata authore Moyſe ſignacula geſtaſ-
ſe. Sed lõge fructuoſius ſuꝑ cor a quo ceu fonte
ſcaturit affectus oĩs, & ſuper brachiũ ꝑ qđ cõfor
mit dimanat effect⁹ oĩs atq̃ ꝓcedit: victorioſum
imprimitur ſpũs ſancti ſignaculũ, vt qui loquen
tes aut orantes audierint vel viderint operantes
palã intelligant ſic agẽtes pręſide ſpiritu ſancto re
gi. Sic eñ in nõnullis maieſtatis quidẽ ſplẽdor oc
cultus elucet: vt mirũ dictu cũ nec loquẽtes aut
orãtes, nec operãtes quidẽ perſpexerimus aliquã
do,reuereamur tñ ſuſpiciamus & obſeruemus.
Vnde hoc quęſo niſi q̃a ſpectabiles illos virt⁹ quę
dã inhabitãtis ſpũs ſancti & venerabiles facit reli
gioſiq̃ apud oẽs honoris gratiã cõciliat. Sic q̊q̃
virginẽ maxime poſt pentecoſtẽ exteriori quodã
paracliti munere nedũ interiori dotatã crediderĩ
quo cõſpecto Iudęi & ꝑſequutores oẽs (alioqui fe
rociſſimi & ĩ ei⁹ exitiũ mortẽq̃ auidiſſime ꝓpenſi
ꝓcliueſq̃ ꝑditiſſima quadã nocẽdi inſania) nunq̃
cũ frequẽtius potuiſſent præſumpſerũt ſacrario
huic ſpũs ſancti ſacrilegarũ manuũ vim admoli
ri. Fueritq̃ hãc ob rẽ fortis, vt mors, imo morte



fortior dilectio & ſancti ſpũs exuberãtiſſima ꝑſen
tia. Nimirũ q̃ nõ ſolũ floccipẽdẽdo mortẽ vicerit
ſed impẽdẽtẽ quoq̃ pauefacto hoſte diuinit⁹ ſu
perarit. Ac cõmodiſſime q̃dẽ dilectionẽ & verã cha
ritatẽ morti ſimilẽ aſſeruit. Vt eñ mũdi & oĩm E
quę in eo ſunt cõtẽptũ mors inducit (vileſcũt eñ
oĩa facilius ꝓpediẽ morituro) ita & charitas ꝑfe-
cta, imo efficacius q̃a docet & mortẽ ipſam cõtem
nẽdo ſuꝑare. In virgine aũt dilectio lõge ipſa mor-
te fortior emicuit q̃ toties potuit fruſtare ꝑſentẽ
vtq̃ ꝟginũ cęteris diſcipulis, nedũ ſibi, ſub cruce
ſuſcitauit ſpũs ſanct⁹, ita & hic illã maximo oĩm
bono illuſtraſſe credẽd⁹ eſt, auguſtiuſq̃ ꝑornaſſe.
Sic eñ ſequut⁹ adiecit: Dura vt ĩfern⁹ ęmulatio.
Aemulatiõis noĩe etiãnũ eũdẽ expreſſum ſpm̃ ſan F
ctũ puto, q̃ quos cęlit⁹ repleuerit ęmulãtes facit.
Nihil eñ ęque ad ęmulationẽ Saluatorꝫ aut ꝟgĩs
& deniq̃ oĩm ſanctoꝝ ĩuitat ac ꝓuocat, vt amor
qui durus vt ĩfern⁹ atq̃ adeo durior inferno dĩ,
q̃ vbi ille ſemel affulſerit, & ĩfernũ ipſũ ꝓtin⁹ abſu
met, cogitationũ tenebras diſcutiet ſtrepit⁹ explã
tabit ĩſurgẽtiũ affectionũ, delictorũ multitudinẽ
operiet: & maculas abſorbebit pctõꝝ ſuꝑbię & va
nę glĩę, irę, & ĩuidię, torporis & acidiæ, luxurię, &
ĩmũditię, ambitiõis & auaritię cõtẽptuſq̃ ac blaſ-
phemię ſpurcitias oẽs maledicta q̊q̃ ac detractio
nes ĩſidias maleficia ſimultates ĩimicitias homici
dia, veneficia, & ſi q̃ ẽ erimnys alia deterior felicit
ꝓfligabit, & cũ oĩm maloꝝ ſpirituũ artib⁹ & co-
hortib⁹ ad extremos fines relegabit, aut ſic ĩuitas
cõſtringet, determinabitq̃: vt ꝓdeſſe ad exercitiũ
poſſent, nocere prorſus non poſſint, ac nihil peni
tus aduehere detrimẽti. Sic eſt omnino. Sic quoq̃

rei ꝓbauit exitꝰ. Tūc em̄ neq; apl'os reliquoſq; di
ſcipulos, neq; nūc Chriſti fideles Chriſtū ſequētes
& ꝟginē īuocātes, ī virginē reſpiciētes, virgineq;
(quoad poſſunt) ꝑfectiōis lineamēta in ſeſe effigiā=
tes, necnō efficacibꝰ eiꝰ exēplis & īſtructionibꝰ, me
ritis, & ꝑcibꝰ adiutos cooperāte ſpū ſancto vīcet,
& a charitate q̄ eſt in Chriſto Ieſu ſeꝑabit vel in=
fernꝰ ipſe aut tātūdē pœnarū quātū infernꝰ ꝑſtre
pēs ꝯminat̄. Iuuat. n. agoniſtas ſuos imitatio vir
ginis, iuuat ōro, iuuat nōnūq̄ ſpūalis ipſius cō=
ſolatio, iuuat poſtremo & charitas ipſa, ſi tñ cu=
ra ꝑuigili cōtēdamꝰ tales inueniri quales ꝯſequē
ter adſcripſit dicēs. Lāpades eiꝰ lāpades ignis & flā
G marū. Cordis hūani ac lāpadis ſpeciē ſi cōpoſuerꝭ
ſimul intelliges illud haud citra rationē ſub lāpa
dū ſymbolis delineari. deīn vt illę ardeāt oleo ſunt
implēdę, hoc aūt niſi gr̄a ꝑfuſū ignē illū nō ſibi cō
ciliat quē miſit dn̄s in terrā & voluit vehemēter
accēdi: illę priꝰ lucere q̄ ardeāt ꝑfecte nō pn̄t. hoc
vero tāetſi lucere amittat̄ fruſtra tñ illud em̄ ſuꝑ
bię vētꝰ ſtatim exufflat & extinguit. Lāpades aūt
charitatꝭ, lāpades ſunt primū ignis, deinde flāma
rū, ſic em̄ Ioānē dn̄s lucernā ardētē primū ſubin=
deq; lucētē aſſeruit. q̄ em̄ veritatꝭ ſpū & nō ſtudio
vanitatis ſuccēdunt̄ eos ante oīa in ſeipſis ardere
oportet, qbꝰ demū ſi dat̄ vt luceāt, nō ideo ardere
debēt, vt luceāt alioq̄ tales cū ſuis n̄ ītromittet ad
cęleſtꝭ Hieruſalē nuptias, ſed cū fatuarū virginū
euerſis lāpadibꝰ ianua obſerata excludet ſpūs ve
ritatis: q̄ aūt ſuꝑno igne illuſtrati, ideo lucēt q̄a
ardēt ꝯſtituti ſuꝑ cādelabrū, vt oībꝰ q̄ ī domo ſūt
luceāt nō mouebunt̄ ineternū, nec aliquatenꝰ ex=
tinguent̄: q̄a aquę multę tēptatiōes multę, tribu=

lationes multę, ꝑſequutiones multę nō poterunt
extinguere charitatē, nec flumina obruēt illā, ſed
potiꝰ ꝑſſurarū & vexationū īundatione magꝭ ac
magis igneſcet ad ignis gręcanici ſpeciē q̄ aquarū
incurſione cōualeſcit. Q̄ātūuis. n. magnos tribula
tionū fluctꝰ priꝰ vorabit exhauriet ſuꝑabitq; q̄ H
poſſit extingui. Huiꝰ rei teſtē ꝑpotētē Paulū attē
de. Certus ſum inq̄t, q̄a neq; mors neq; vita, neq;
angeli, neq; principatꝰ, neq; ꝟtutes, neq; inſtātia,
neq; futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq; ꝓ
fundū, neq; creatura alia poterit nos ſeꝑare a cha
ritate dei. Quare? Quia charitatē ſuꝑare nō poſ
ſunt q̄ nūq̄ ſuꝑat̄: ſed īter opprobria dulciloqua
īter odia bn̄fica, īter iras placida, īter īſidias ſecura
malū in bono vincere aſſidue cōcertat, & ita vin=
cere vt mali ſubſiſtere poſſit nihil, vbi illa ſemel
irradiauerit mitigāt̄ aſpera, amara dulceſcūt gra
uia tolerāt̄, ordinant̄ ꝯfuſa, inæq̄lia coeūt, vniunt̄
diuiſa & īꝑfecta cōſummant̄. Charitate pauꝑ di=
ues eſt: qua ſine diues pauperē charitate ſuꝑat ī=
firmꝰ, qua ſine robuſtiſſimꝰ ſuꝑat̄: charitate ru=
dis eruditꝰ eſt q̄ ſine ſciētia oīs vētus eſt. Et vt ſe
mel dicā charitatē q̄ habet, habet oīa: qua ſine per
eunt vniuerſa. Et idcirco nō īmerito Salomō ad=
iūxit. Si dederit hō oēm ſubſtātiā domꝰ ſuę ꝓ di=
lectione quaſi nihil deſpiciet eā. Cęterū in tribꝰ po
tiſſimū domus noſtrę ſubſtātia cōſiſtit, bonis for
tunę. ſ. corporis & aīę q̄ oīa illi primitiuę eccleſiæ
ꝓceres ſancto charitatis deſiderio flagrātes aſper
nati ſunt. Eorū quoq; ſequaces, ac ꝑfectiōis ęmu
latores eodē cæleſti igne ſuccēſi vt charitatis ſpūs
ſancti ceromate roborari mereāt̄ dāt nūc, ꝯtēnūt,
& quaſi nihil ſit cōſtāter deſpiciūt. Fortunę quidē

Z v

bona ꝑ votũ pauptatis: Corpoꝵ ꝑ votũ cõtinẽtię aię ꝑ obœdiẽtię ſtudiũ indefeſſum, qua ꝓpria volũtas abnegat̃, ꝗ̃ ęſtimari debet ĩ bonis aię p̃cipua vel ob hoc maxĩe, qa ꝑ eã reliqs aię bonis vtimur Hęc inquã bona ꝓpter charitatẽ cõtẽnũt qꝫ pfecti & olim calẽte adhuc Chriſti ſanguine & ferueſcẽte charitate multo plures cõtẽnebãt, & ampliꝰ pfectiuſqꝫ ꝓ nauſea ducebãt. Hic Paulus hic apl̃i oẽs induti ỽtute ex alto, vt ſtercora oĩa reputauerũt, vt Chriſti charitate opuleſcerẽt, vt charitatis cõpẽdio Chriſtũ lucrifacerẽt, vt charitate plurĩos lucrarent̃, vt ad deũ primo tũ inter ſe charitatẽ mutuã agglutinarẽt fouerẽt, multiplicarẽt, retinerẽt, & ꝯſeruarẽt. Quid plura? tanq̃ nihil habentes & oĩa poſſidẽtes, charitate diuites erãt charitate docti erãt charitate fortes erãt, aquã ignẽ feras gladiũ, & ſi qd eſt crudelius cũ ipſa morte cõtẽnẽtes. Poſtremo charitate victores erãt ꝑ quã victa ꝓpria volũtate omniqꝫ intellectu in obſequiũ fidei ſubiugato, caſtra, pagos, vrbes, terras, regna, & imperia, tribꝰ, ppl̃os, & linguas, & nationes, viribꝰ animi nõ corpoꝵ ſubiugauerũt: deniqꝫ charitas illis erat oĩa nimirũ, ꝓpter quã floccipẽdiſſent vniuerſa, Quã ſi cũ ipſis ꝑ rerũ oĩm cõtẽptũ q̃rimus ſeqmur & mordicus retinemꝰ in ſacris l̃ris, & qd̃ latet, & qd̃ patet fructuoſius aſſeqmur.

Cap. XIIII.

Quę ex p̃ſentia patrociniõqꝫ ſpũſſcti ac ęterni pr̃is ꝓuidẽtia ỽgo gr̃as agẽs aſſecuta ſit recitat.

Vox ſpiritusſancti.

SOror noſtra paruula eſt & vbera non habet. Quid faciemꝰ ſorori noſtrę in die quãdo alloquẽda eſt?

Vox patris. Si murus eſt ędificemꝰ ſuper eũ ꝓpugnacula argentea: ſi oſtium eſt cõpingamus illud tabulis cedrinis.

Vox Mariæ. Ego murꝰ & vbera mea ſicut turris ex quo facta ſum coram eo quaſi pacem reperiens.



Miſſo a ſupnis ſedibꝰ paraclito linguis igneis ſuccẽſi apl̃i cœperũt loq ỽbũ dei cũ fidutia vſque adeo feliciter, vt ad vniꝰ Apl̃i Petri claſſicũ prius tria milia, deinde qnqꝫ milia ꝯuerterent̃, & ſuauĩ dñi iugo ceruices nuꝑ Chriſto rebelles deuoti ſupponerẽt. Partiti vero inter ſe orbẽ terrarũ apl̃i atqꝫ in mũdũ vniuerſum miſſi cũ p̃dicarẽt vbiqꝫ & miraculis coruſcarẽt, cõuolarũt ad fidẽ nõ iã tria aut qnqꝫ milia, ſed ppl̃i, nationes, tribꝰ & linguæ magnificãtes eos & beatificãtes q in tãta doctrinę claritate, & ꝓdigioꝵ potẽtia ac ỽtute non ſua, ſed dñi gloriã adornarẽt & illiꝰ adimplẽdę volũtati & iuſſis pficiendis totis viribus incumberẽt: q corporis quoqꝫ cõmoda non venarentur: nec vẽtris negocium agerent, ſed in ieiunio, & ſiti: in fame & nuditate mortem ipſam cunctis terribilẽ cũ tyrãnis infenſiſſimis ac tormẽtorum oĩm terriculamẽtis deſpicerẽt, ac demũ q neutiq̃ diuitiarũ cõpẽdia nõ domos, nõ agros nõ aurũ & argẽtũ nõ lapides precioſos, & ſiquid eſt iſtis optabilius mirarentur, appeterẽt, aut oblatum amplecterent̃: Sed contra vt Chriſtũ lucrifacerent & plurimos in Chriſto lucrarentur, ea ꝑinde quaſi ſtercora A

B reputãtes faſtidirẽt lõgeq̃ a ſe repudiarẽt. Cęterũ vti p̃dicationis & miraculorũ vbera duo qb⁹ modo genitos ĩfantes alebãt maturius aruiſſent viluiſſentq̃ ſi illa ad q̃ſtũ deflexiſſet apl'i, & nequaq̃ hic generoſus rerũ oĩm cõtẽpt⁹ acceſſiſſet, ita ſane cõtẽptus hic min⁹ ſpectabilis haberet niſi taliũ vberũ acceſſu clareſceret, hinc p̃benedictã dei matrẽ q̃uis efficaciſſime ꝓprię volũtatis ꝓprię vitę ꝓprij corporis, ac deniq̃ rerũ oĩm contemptu mortales oẽs multipharie ſuparet, q̃a.tñ his vberibus nõ ita vt illi claruit apud patrẽ & filiũ cõquerit ſpũſſanct⁹ fama, & populi ęſtimatiõe eiſdẽ orbatã eſſe dicẽs. Soror nr̃a paruula eſt &.i.quia vbera nõ habet. Certe ſi de gr̃a ꝟtutib⁹ aut ſublimioribus p̃rogatiuis ſermo eſſet nemo hõ Chriſto ꝓpior aut illa ſublimior inuenit, q̃ charitate & gr̃a a primo ĩmaculatę ſuę cõceptionis inſtanti ita enituit, vt extra oẽm cõtrouerſię aleã cõſtet cordi ei⁹ ac brachio ſpiritũ ſanctũ, qui diuinos affectus cõformeſq̃ ſtudioſę affectionis effectus teſtaret tandẽ ꝓfuſiſſime inſediſſe. Quid plura? Cũ oẽs ad charitatis meliora chariſmata ęmulanda ſuo exẽplo inflãmaret, cũq̃ eiuſmodi ꝟginalis animi feruorẽ morte fortiorẽ, inferno duriorẽ aquę nullę, nulla flumina, nullę anguſtię, nulla proiectamẽta, vexationes, minę & ſupplicia: non deniq̃ vnigeniti ſui paſſio duriſſima, mors amariſſima & terribilis ad inferna migratio potuerint quoquo pacto obruere, ac demũ cũ virgo ſanctiſſima tãti meriti tãtę in pfectione monarchię tantę eſſet ſup creaturas oẽs gr̃æ, ꝟtutis & excellẽtiæ. Fama nihilomin⁹ populoꝝ, & gẽtiũ ęſtimatione ꝓ paruula admodũ habebat, q̃a palã vbera nõ exerebat



nec publice p̃dicatiõis vſum quẽ mulierib⁹ apl's nõ pmittit: nec ꝑpetrãdoꝝ miraculoꝝ, ac pdigiorũ ↄſuetudinẽ habebat cũctis admirabilẽ & ſuſpiciẽdã. C Tãetſi eẽ dicat aplos diſcipuloſq̃ & ex chriſtianis aliquot de Chriſti incarnatiõe, natiuitate vita, & cõuerſatione, paſſione, morte, ſepultura & reſurrectione docuiſſe, ſecrete tñ hoc fuit nõ publice diſſerẽdo. Sicut nec miracula ſupſtes feciſſe memorat. hoc aũt ni fallor q̃a taliter edocti ad ſui cõfirmationẽ, & virginalis eruditionis ampliorẽ cõmẽdationẽ miraculis nõ egerẽt: infidelibus eñ & nõ fidelib⁹ ſunt neceſſaria miracula. Sed iã q̃d ſpũſſanct⁹ ſubinferat audiam⁹. Quid faciem⁹ ſorori nr̃ę in die quo alloquẽda eſt? Neq̃.n. leue illi formidinis põdus voluebat ꝟginis cauſa ne migrãs ad ſupna in hoc ſeculo nequã & ingrato minoris q̃ decebat ſanctuariũ ſuũ haberet. Quid faciemus inq̃t ſorori nr̃ę. Magna & qua nulla ſuperior virginis ↄmẽdatio, vt ſancti ſp̃us ſoror dicat & ſit ſoror filij ſoror p̃ris, & deniq̃ toti⁹ trinitat; nõ naturę ęqlibrio, ſed ſingularis gr̃ę pticipatiõe. Patr; q̃dẽ & ſpũſancti ſolo gr̃ę pticipatu, filij viro & pticipio gr̃ę & peculiar; cõione naturę. Sed hãc virginis p̃rogatiuã pauci nouerãt: eã.ſ.cũ ſpũſctõ gemitib⁹ inenarrabilib⁹ ĩterpellare ꝓ nobis cũ filio in repationis nr̃ę opere ſudaſſe, & eũdẽ filium ſuũ vnigenitũ nobis cũ p̃re ĩpertiſſe ac poſtremo portã cęli factã nos redeũtes in multitudine miſericordię gr̃ę & gl'ię largitate ſuo mõ cũ tota trinitate ſuſcipe: hãc inquã p̃rogatiuã ꝟginis & gratiã pauci attẽdebãt, nec reputabãt, ſed q̃ſi vnã e cęter; arbitrabant. Enuero ſpũſſanct⁹ vulgare de ſacrario ſuo ppl'i iudiciũ abominat⁹, q̃d faciem⁹ ſoro=

ri nrę in die quo alloquēda eſt. Virtutibꝰ inqt, &
gr̄a catenꝰ rutilat: vt ſororis nrę appellationem q̄
optimo iure ſibi vēdicare queat: indignū eſt igiť
vt poſt mortē & particulare iudiciū in quo trāſ=
eūtes oēs ſingillatim alloqť deꝰ reddēs vniciuiqꝫ iu
xta opa ſua de illa tā ſancta & in virtutū oīm glo
D riā euecta tā vulgariter & indigne ſentiant mor=
tales: qd faciemꝰ ſorori nrę? Tū pater ſi murꝰ eſt
ędificemꝰ ſup eū ꝓpugnacula argētea: ſi oſtiū eſt
cōpingamus illud tabulis cedrinis. Stupēda ſane
ꝟginis excellētia, cuiꝰ ſublimādę glię tota trinitas
incūbit. Eqdē murū, ſuiſqꝫ ꝓ munitione inexpu=
gnabili ꝑbenedictā dei matrē eſſe pr̄i haud obſcu=
rū erat, ſed muri huiꝰ ęnei, robur īuictū nōdū ſa
tis cōptū erat hoībꝰ & idcirco cōditionē affectu no
ſtro poſuit nō ſuo. Vel ęſtimādus eſt ſi ꝓ qa ſim
pliciter poſuiſſe, qa inqt fidelibꝰ murus eſt ꝟgo ꝑ
ſtātiſſima vt magnificētior euadat & celebrioris
famę labefactari ab hoſtibꝰ nō poſſit ędificemꝰ ſu
per eū ꝓpugnacula argētea. E ꝓpugnaculis ho=
ſtes eminꝰ aggredietes ſolēt faciliꝰ dephēdi. E pro
pugnaculis murꝰ a vicinis, & cominꝰ irruētibꝰ
inimicis cōmodius pōt defenſari, ac ſecuriꝰ & cū
minori periculo hoſtis crebrioribꝰ ꝑcuti telis ac
cōiectis lapidibꝰ nōnūq̄ obrui. Sūt igiť virginalis
muri arte diuina ſupſtructa ꝓpugnacula ſacræ
ſcripturę, ſnię, & vaticinia ꝓphetarū, e qbꝰ pōt vir
ginalis hic murꝰ ab hereticis & paganis nūc emi
nus inſidiātibus nūc cominꝰ īſurgētibꝰ itactꝰ &
illęſus ſeruari q̄ recte argētea deſcribunť qa eloqa
dn̄i eloqa caſta argētū igne examinatū. Poſſūt etiā
nū multo appoſitiꝰ in ꝓpugnaculis doctoꝝ adū
brari officio q diuino ībuti ſpū clariſſimis litera



rię īduſtrię monumētis hoc genꝰ murū ab oī tu
tati ſunt iniuria integrū ſacrę ſcripturę teſtimo=
nijs, ceu miſſilibꝰ telis, ac iaculis aduerſarioꝝ &
ꝯfigētes oculos & irritos conatꝰ illudētes: quo in
nūero Hieronymꝰ, & alij non pauci quos dubio
ꝓcul eloquētię ſplēdor, ac p̄dicatiōis ſonꝰ vigorqꝫ
argēteos teſtať. Atq ſi demū cū muro & ꝓpugna=
cula ipſa nr̄is vſibꝰ & cōmodis magnificētia diui E
na adiecta cēſeas, ex qbꝰ nō murū nos, ſꝫ nos mu
rus ꝓtegat muniat ac tueať, nihil rectiꝰ ꝑ ꝓpu=
gnacula acceperis ac tēpla ipſa & baſilicas in hono
rē virginis cōſtructas, in qbꝰ orātes, & virginis
opē inclamātes virgo bn̄dicta ab oī & dāculū in=
feſtāte, & palam ꝑſequēte inimico tutos reddit &
metu oī abſterſo iubet in ſalutarē ſui fiduciā eri
gi: in qbꝰ cū corporis tū aīæ morbos & lāguores
ſalubribꝰ miſericordię ſuę p̄cūqꝫ ac meritoꝝ ſagit
tis cōfigit, eliminat, ac lōgiꝰ ꝯpellit exulare. Vn̄ &
munimēti ſui gr̄a, videas ſingulas ciuitates op=
pida, vrbes & caſtra, aut intra mœnia, aut extra
deiparę virginis reuerētię, & cultui nutu diuino
cōſtruere baſilicas. Sic hac ipſa in ciuitate Pariſi
enſi totius occidentis Metropoli ꝑcelebris noſtrę
dn̄ę eccleſia cathedralis, & ad eiuſdē vrbis muros
iſtud in quo verſamur, viuimꝰ, ac ea ꝓtegēte ſer
uamur noſtrę dn̄ę Valliſuiridis nō cōtemnendū
præſidiū & nobis vicinū noſtrę dn̄ę de Cāpis ſacel
lum antiquiſſimū ad oppidi quoqꝫ Valliſguido=
nis mœnia, cui & ortum meū debeo & pueritiæ
incremēta, templa duo antiquiſſima viſunť in ho
norē virginis extructa: alteri nrę dn̄ę de periculis
nomen eſt in locis illis ꝑcelebre, alteri nrę dominæ
Aueuerienſi. Sed quid agimus innumerabilia

numerare fruſtra cupientes. Nuſq̄ extat oppidū
vrbs aut ciuitas cui eiuſmodi ꝓpugnacula, vn=
de ſupplices ſuos ꝟgo ſtrenuiſſima tueatur aut
inſerta nō ſint aut propius adſita & cōfinia. Se=
quitur: Si oſtium eſt cōpingamus illud tabulis
F cedrinis. Certe portā eſſe dei matrē per quā mun
dū ingreſſus mūdi dn̄s eſt Ezechielis teſtimonio
cōſtabat: vt quēadmodū iam tetigi dubitatiue lo
quutum patrem exiſtimare nequaq̄ conueniat.
Enimuero quid in tabulis cedrinis ꝟginis oſtiū
& ornātibus & cōpaginantibus p̄tendat inquirē=
dū eſt. Eapropter eiuſmodi appēdices ſuperædifi
cat pater: vt hactenus quidem in obſcuro poſita
virginis excellētia ſeſe nūc clarius huberiuſqꝫ in
omniū piorū notitiam reſoluat latiuſqꝫ quaqua
uerſum effulgeat. Quid em̄ aliud ſacrę ſcripturę
teſtimonijs aut ſanctis doctoribus virginē præ
dicātibus & cōtra hęreticos tutātibus agitur, ni=
ſi vt incōcuſſam eius dignitatē, excellētiā, gloriā,
ac meritorū admiranda p̄conia oēs protinus in=
telligāt. Templorū quoqꝫ ac baſilicarū magnificē=
tia, multitudo & frequētia iamiam obtinuit: vt
eiꝰ virtus ac maieſtas facile oblitterari aut fun=
ditus aboleri nō poſſit. Sic cōformiter exiſtiman
dū eſt patrē cęleſtē virginali huic oſtio illuſtran
do tabulas cedrinas ad virginis laudes & gloriā
in omne & ęuum & hominū genus promulgan=
G dā & perpetrandā adijcere. Cedrus em̄ ſuo odore
& fragrantia gloriā & bonā famā, ſua vero cariei
immunitate æternitatē ſignat. Tabularū autem
vſus eſt ad quippiam vel ſcribendū vel pingēdū
qđ cernētes erudiat, iuuet, & delectet. Sūt igit̃ ta=
bulę cedrinę virginale oſtiū ꝯſolidātes & ornātes



vel ſanctę conuerſationis exempla, vel potius mi
racula quibus a ſeculo hoc nequā egreſſa abun=
de claruit, atqꝫ in dies illuſtrari, nouoqꝫ lumine
ac fauore vbiqꝫ gentium inclareſcere non ceſſat.
Per hæc enim & noſtros & dei hoſtes territans,
deoqꝫ deuotos ac ſupplices alliciens & ad Chriſtū
ſalutis noſtræ oſtium ſupremum introducens
vbiqꝫ terrarum glorioſius eſt diffamata. Verū
quatenus patris & ſpiritus ſancti prouidentiæ
efficaci illa reſpondeat nunc ſtudioſior nobis in=
ueſtigatio incumbit. Ego murus & vbera mea ſi
cut turris ex quo facta ſum coram eo quaſi pa=
cem reperiens. Si murus eſt inquit pater, & illa
ego murus, ſuperſtruere quodlibet licet. Et ſpi= H
ritus ſanctus ſoror noſtra paruula eſt, & vbera
non habet. At illa vbera mea ſicut turris. Cum
turris altitudo paruulam neget, nū ſpiritui ſan=
cto contraria proloquutam argutabimur? mini
me: vbera quippe ſine additamēto & reſtrictione
ſpiritus ſanctus protulit: vt cōmunia intelligas
quæ illi fuiſſe ſaltem in vſu negauit, nō propria.
Habebat enim ſibi peculiaria, vt ſupra diximus,
miſericordiæ & gratiæ vbera magnitudine pro
ceritate & ſoliditate ſicut eſt turris, ſed nō cōmu
nia quibus non hic aut ille ſolum, ſed quibus fe=
re omnes prælati infantulā & quaſimodo genitā
eccleſiam id temporis educabant. Hæc inquā non
habuit virgo in vſu. Nā mulieri ius & poteſta=
tem prędicandi detraxit Paulus: neqꝫ non prædi=
cantibus fuit tūc miraculorū vſus neceſſarius.
Qꝫ etiā & paruulā aſſeruit paraclitus hoc iuxta
mortalium æſtimationē accipiendū eſt. Illa autē
de acceptis non ingrata, ne iure cenſeretur de ac=

cipiendis indigna qđ accepit nõ iactabũda & alie-
no pede ſe metiẽs inculcauit: ſed gratias agẽs hũi
liter & veraciter expoſuit. Ego murus inquit, vt
pote quę aduerſantes a fidelibus diſcernat, elimi-
net, & excludat: q̃ ſimplices quoq; & humiles in
vnitate cõtineat, conſeruet, ac tueat. & vbera mea
ſicut turris ex qua ſcʒ poſſit hoſtis pręnoſci & p̃-
ueniri, proprius autẽ cõmuniri, cõfoueri, & ſecu
rius conſeruari. Certe nullũ caſtrũ, turris nulla
nullũ pręſidium pugnãti cõmodius, ꝓficienti vti
lius & perfecto delectabiliꝰ q̃ miſericordia & gra-
tia eſſe cõprobatur. Quibus p̃uenta in bñdictio-
nibus dulcedinis virgo ſancta tandem munit &
ſuos ornatq; & exaltat. Enimuero minime negli-
gẽdũ reor qđ ꝯſequẽter adiecit. Ex quo facta ſum
I corã eo quaſi pacẽ reperiens. Patri & ſpiritui ſan
cto loquebat (niſi longe cõiectura fallor) de filio &
nihilominus quaſi pacẽ ait, nũ tibi videtur bene-
ficium eleuare? noua res, nũ obſecro aliquãdo co
ram eo pacẽ nõ reperit? nũ aliquãdo ab eo ꝑ pec-
catũ diuiſa eſt, aut alio quouis pacto ſeparata,
aut demũ nũ illi aliquãdo cũ filio quę in cælis ſũt
& quę in terris pacificãte minus ſuauiter conue-
niſſe, minuſq; tam arcti nexus charitatẽ interceſ-
ſiſſe credemus? Abſit a fideliũ cordibus: vt aliquã
do ſuſpicemur xp̃m & virginẽ, matrẽ & filiũ, ma
trẽ dei & deũ filiũ aliquo vel pctõ vel diſſidio la-
boraſſe, vel etiã aliquãtiſper dubia pace victitaſſe.
Quid igit ait ex quo facta ſum corã eo quaſi pa-
cem reperiens. Atqui ſi cõſideres corã eo dixit, nõ
cũ eo. Cum illo eñ ſemꝑ pacifica nihilominus co
rã eo: vt pote afflicto, patiẽte & turpiter occiſo in
quietata eſt, exagitata eſt, grauiter afflicta eſt & ꝑ



cõmunes indignitatũ tolerantias ſociata. Sed eñ
ex ipſa reſurrectionis die qua deſiuit mortuo cõ-
dolere, & acerbius cruciari facta eſt virgo coram
reſurgẽte quaſi pacẽ reperiẽs & nõ pacẽ ſimplici-
ter videlicet cuius ęſtuaria vitę huiꝰ agitatio cõ
plementũ non recipit. Vnde & de dño propheta: q
poſuit fines tuos pacẽ. Poſuit quippe dñs miſeri
huius incolatus nõ principiũ, quia vitã auſpica K
mur a lachrymis nõ mediũ, quia militia eſt vita
hominis ſuꝑ terrã: ſed fines noſtros pacẽ princi-
piũ aut & mediũ quaſi pacẽ vt odore illius pelle-
cti & quaſi inęſcati declinantes a malo operemur
bonũ, inquiramuſq; ſtudioſius & acrius ꝑſequa
mur pacẽ ſupremã vere digneq; optabilẽ, cuius
pręludia atq; pręlibamẽta iamiã cognouimꝰ: quã
ſi legitime certauerimus, ſi laurea immarceſſibi-
li triumphoq; digna ſimus aliquãdo emeriti in-
ternã, externã, & ſupernã plenã atq; ꝑfectã ꝯſequẽ
mur, ponet eñ dñs fines noſtros pacẽ firmã per-
petuam & nulla ratione conuellendam.

## Cap.XV.

Quid naſcente adhuc eccleſia populus cõmuni
ter ſentiret de virgine: quos vt ſublimius ſaperẽt
dei filius eleganter inſtruxit.

### Vox populi fidelium.

VInea fuit pacifico in ea q̃ habet
pplos. Tradidit eã cuſtodibꝰ:
vir affert ꝑ fructu eiꝰ mille ar
gẽteos. ¶ Vox Chriſti. Vinea mea corã
me eſt. ¶ Vox fideliũ. Mille tui pacifici.

A ¶Peruigilem audiuimus ſpiritus ſancti curam
efficacemq; pro dei matre ſollicitudinẽ. Auguſtiſ
ſimã quoq; dei patris prouidẽtiam audiuimus.
Audiuimus poſtremo & virginis de collatis be=
neficijs virtutibus & gloria, gratias agentis, teſti
monium veritatis plenum. Nunc ſupereſt quid
illius tempeſtatis mortales poſtmodũ ſenſerint
ſub oculos reuocare: vt collatione vtrinq; facta
rerũ ſumma clarius elucescat. Ait itaq; Salomon
Vinea fuit pacifico ĩ ea quę habet populos, tradi
dit eam cuſtodib⁹. Hęc populi ſententia, hoc eius
de virgine iudicium cuius ſublimitatem & gra=
tiam (maternæ ſemper dignitatis habeatur exce=
ptio) aut nulli aut ad modum pauci nouerãt, ni
mirum de ſolius Chriſti ſublimitate & glorioſo
faſtigio inſtructi. Tunc enim euãgelizantiũ oĩm
vna mens erat atq; ſententia gloriam non virgi=
B nis aut cuiuſq̃ alterius, ſed tm̃ Saluatoris genti=
bus omnibus euulgare: vnde & baptizaſſe qđ mi
rũ eſt & miracula patraſſe in nomine eius pręci
pue legũtur. De hac itaq; Chriſti gloria plenius
edocti de virgine loquentes recte ſubiunxerũt: vir
affert pro fructu eius mille argẽteos. Profuerit
autẽ ſi moleſtum nõ eſt etiam hęc cũ ſuperiorib⁹
exponẽdo conferre. Querebatur ſpũs ſanctus dei
matrem populi æſtimatione vbera non habere,
eãq; ob cauſam plus ęquo tenuitatis & abiectio=
nis vulgo argui. Et populus vinea fuit pacifico
C vtiq; quaſi nunc nõ ſit, ſed ab edito æternæ vitæ
fructu ſterilis perſeueret. Ecce queadmodũ ſpiri
tualis fœcũditatis vbera in virgine non agnoſce=
bant. Cũ temporali corporaliq; partu ſemel edito
eccleſiæ capite nihilo ſecius enixu ſpirituali ora=



tione videlicet aſſidua & efficaciſſima interceſſio=
ne, meritis quoq; ac exemplari cõuerſatione eiuſ
dem capitis mẽbra nullos in dies nõ parturiret.
Sed prędicantẽ non cernebant neq; miraculis co=
ruſcantẽ: vnde & eos latuit partus hic myſticus
& vbera nequaq̃ illorum ſimilitudine manifeſta
ſed occulta valde. Quæ nihilominus inuicẽ ſi cõ=
poſueris ampliorem ꝓuenire fructum ac redũ=
dare per vitæ ſanctimoniam & iugem orationis
inſtantiam etiã ſecluſis miraculis & vocali prędi
catione q̃ illis excluſis ꝓueniat ꝑ miracula & prę
dicationẽ. Atqui iſtud olim vſquequaq; cõpertũ
non erat: vnde & pater diſponẽs omnia ſuauiter
ſic virginis glorię proſpexit: vt ſimul condeſcende
ret, cõſuleretq; populi ſimplicitati. Si oſtiũ eſt in
quit compingamus illud tabulis cedrinis, acſi di
cat quia orationis inſtantia & integerrima cõuer
ſatione plures gignit, & ad vitę melioris frugem
inducit, compingamus hoc eius oſtium tabulis
cedrinis: miraculis ſcilicet & patentioribus ſancti
tatis argumentis. Porro dixiſſe patris feciſſe eſt:
vnde & virgo recte ſubiũxit, ſiue de quondã acce=
ptis muneribus, ſiue de recentiore beneficẽtia ma
lis acceptũ iri. Et vbera mea ſicut turris ex quo
facta ſum coram eo quaſi pacẽ reperiens ait ipa,
at illi vinea fuit pacifico. Pacem corã pacifico re=
periſſe non abnuunt, immo & vineam eius fuiſ=
ſe ex ſingulari virtutum dignitate fatentur. Cæ=
terum hic pacifici nomine illũ intelligam⁹ opor= D
tet, qui eſt pax noſtra, qui fecit vtraq; vnũ & me
dium parietem macerię ſoluẽs inimicitias in car
ne ſua legem mandatorum decretis euacuans vt
duos cõdat in ſemetipſo vno nouo homine faciẽs

pacem: vt reconciliet ambos in vno corpore deo.
De iſto itaqꝫ loquẽtes vinea inquiunt fuit paciſi
co in ea quę habet populos, hoc recte ſi eſt dicerẽt
in ea nãqꝫ ciuitate quæ ciues habebat populũ Iu
dęorũ & imperantẽ ferebat, ac dominos agnoſce=
bat populũ Romanorũ: in ea inquã ciuitate ter=
ra & regione quę innumeras habuit virginũ my
riades ĩ tẽplo ſtudioſius adſeruatas: hęc vna pro
pter veritatẽ manſuetudinẽ & humilitatẽ q̃ im=
plet omnẽ iuſtitiã digna apparuit ex qua nobis
pacificus Chriſtus viuiradix & vitis vera ꝑ ſan
guinẽ torcularis ſuæ crucis & quæ in cælis ſunt
& quæ in terris pacificaturus prodiret: cuiꝰ nos
palmites eſſe poſſemus. hoc inquã vere ſi eſt dice=
rẽt: ſed enim dũ fuit dicũt, nũc matri dei eſſe ſpiri
tualis fœcũditatis vbera, nũc vineam dñi ſabaoth
gemmis turgẽtibus crebris luxuriare palmitibꝰ
ac fuſius expãſſis propaginibus augeri, errãtes
nõ intelligunt tm̃ abeſt, vt flore longe late ſua fra
grãtia venenoſa oĩa percellẽte ac fructu multipli
ci ornari, ditari, cõmẽdariqꝫ exiſtimẽt. Sed fallun
tur. Idcirco em̃ illud ſemen verũ viuiradicemqꝫ
ac vitã verã Chriſtũ, iãpridẽ accepit, vt gemmis
abũdantioribus inſignita palmitibus denſaretur
& a mari vſqꝫ ad finẽ orbis terrę protenſas mit=
teret propagines ſuas, ac demũ: vt flore odorife=
ro nequitias eliminaret ſerpẽtinas atqꝫ enecaret
& fructu immarceſſibili per infinita ſecula copio
ſius redundaret. Hactenus audiuimus vti po=
pulus virginẽ vbera non habentem aſſeuerauе=
rit occultius quidem, conformiter tamen omni=
no prout ſpiritus ſanctus quærendo ꝑmiſit: nũc
ſupereſt quẽadmodum paruulam dicat aduerte



re. Tradidit eam cuſtodibus inquiunt, an non E
paruula minuſqꝫ ſibi ſufficiẽs ac perinde nequa=
q̃ cęteris neceſſaria tibi videt̃ cui de cuſtode pro=
ſpicit? Talibus certe cuſtodes prouidet humana
prudẽtia. Atqui diuina ꝓuidentia non ita ſemꝑ
hacqꝫ de cauſa ni fallor impegerũt. Tradidit eã cu
ſtodibus inquiunt. Tradidit haud dubie primũ
pręſidenti in templo ſummo ſacerdoti. Deinde Io
ſeph, tum Ioanni ſeruandam ac poſtremo ſuper
nę patriæ ciuibus & ſpiritibꝰ angelicis ſolertius
cuſtodiendam deputauit: at non penitus ſicuti
paruulam & talium indigam: vt quid enim eiuſ
modi cuſtodes illi immobiliter neceſſarios arbi=
trabimur cui ſamaritanum illum hoc eſt latina
interpretatione cuſtodem ſcimus minime defuiſ
ſe qui de ea poſtmodum aſſerit dicẽs. Vinea mea
coram me eſt: ſed tradidit inquies, tradidit ſane,
cuſtodibus potius (ſi conſideres) q̃ vineę proſpi=
ciens, vt quæ poterat interius exteriuſqꝫ diuino
vallata pręſidio talibꝰ q̃ facillime caruiſſe, illis ni
hilominus in primis neceſſaria accederet ad vitæ
ſolatium, & ad gratię meritorũqꝫ omniũ cumu=
lũ & incrementũ. Tradidit eã cuſtodibus: vir af=
fert pro fructu eiꝰ mille argẽteos. Vide acrius cũ
protegendã nõ dederit ne diriperetur, cõculcaret̃
aut deperiret fructus eius vſqꝫ adeo ꝓcioſus, qd
quęſo aliud tãti fructꝰ nunq̃ perituram magnificẽ
tiã extollẽtes nitebant̃ q̃ vtriuſqꝫ cõpoſitiõe, vineę
dignitatẽ amplius ac ĩmoderatiꝰ eleuare? Acſi di=
cãt ꝓcioſus qdẽ fructus eiꝰ ac dignꝰ oĩno ꝓ quo
vadimoniũ ſimul & patrimoniũ deſerat̃: enimue
ro vinea ipſa ſemel edito hoc fructu nihil tale pro
feret amplius: ſed paruula eſt & vt alios fructus

promat humanæ ſolertiæ cuſtodieq; indiga re=
manſit.Hic procul dubio de virginis dignitate &
excellentia(vt cernere eſt) minus de Chriſti vero
ſublimitate & gloria excellẽtiſſime ſenſerũt, vtpo=
te ſuꝑ hac plenius eruditi. Vir inquiũt affert ꝓ
F fructu eius mille argẽteos:argẽteoꝝ millenario
tẽporaliũ bonorũ vniuerſitas delectabilis qdẽ &
oculis auribuſq; gratiſſima. at multo magꝭ q̃ ar
gẽti, aut ſonꝰ, aut ſplendor euaneſcẽs deſignatur,
quã vir & virtutis ſtudioſus, ac dñō audiens af
fert ꝓ fructu hoc ſuꝑ oẽs p̃cipuo. Sic eñi cuidam
ad fructꝰ iſtius cõſequutionẽ anhelãti dñs ait. Si
vis ꝑfectus eſſe, hoc eſt ſi vir haberi deſideras, va
de & vende oĩa q̃ habes & da pauperibꝰ. hoc fecit
Paulus, ꝗ oĩa vt ſtercora reputabat, vt Chriſtũ
lucrifaceret. hoc fecerũt apl̃i, ꝗ relinquẽtes omnia
Chriſtũ ſunt ſequuti. hoc fecerũt diſcipuli alij ꝗ
diuẽditis poſſeſſionibus p̃cia afferebãt ante pedes
apl̃oꝝ: inter quos nemo vir qcq̃ ſuũ eſſe dicebat,
ſed erãt illis oĩa cõmunia. Hoc deniq; faciũt cotti
die nõ pauci ꝗ dimiſſis patre, matre, & vxore fra
tribꝰ, ſororibꝰ, & ꝓpinqs parẽtibꝰ, oĩbꝰ affinibus
oĩbꝰ amicis, oĩbꝰ & bonis vniuerſis etiãnũ ſemet
ipſos abnegantes ſuaue dñi iugũ amplectunt, in
pauꝑtate & caſtitate, in obœdiẽtia & mãſuetudi=
ne, in charitate & hũilitate ꝑſeuerãtes. Vir affert
ꝓ fructu eius mille argenteos. Egregie omnino,
ſed cui diuina opitulãte gratia ſic agere licebit nõ
extollatur propterea, nec in immẽſum glorietur
quid enim habet qđ nõ acceperit? quid præterea
magnũ(ſi expẽdas) ꝓ illo temporaria deſerere qui
largitur ſempiterna, qui dimiſſa tẽporaria in cẽ=
tuplũ rependit, qui tandẽ & ſeipſum ſuperimpẽ=



dit. Poteſt etiã vitę ꝑfectio, ac bonorũ operũ mer
ces viriliter agendo, meditando, contemplando, & G
docendo cõquiſita ꝑ mille argenteos deſignari. Cę
terũ etſi diuerſis diuerſam, & ſingulis virtutum
actibus mercedẽ peculiarem poſſe rependi nemo
non nouit, vir nihilominus perpetuęq; virtutis
amator, vnum præſertim attendit, & qcquid me=
ritoꝝ eſſe poteſt, ſiue temporaliũ, ſiue ſpiritualiũ
moriens affert, vt vnum hũc fructũ vẽtris mer=
cedem accipiat. & recte per argenteos bonorũ ope
rũ retributio, ſicut per mille ꝑfectio deſignatur.
Merentibus enim & apud nos ex conducto labo=
rantibus appendere argentũ laboris mercedẽ ſo=
lemus qđ (ſicut merces) ſui precij ſplendore alle=
ctat & ſono ad viriliter agẽdũ inuitat. Vir affert
pro fructu eiꝰ mille argẽteos. ſi ex fructꝰ pręemi=
nẽtia vineã cõmẽdarẽt, & recte ſaperẽt, & plauſibi
liter loquerent, verũ ſequẽtiũ argumẽto, ac iudi=
cio colligit eos ſenſiſſe fructũ hunc ferme nõ am
plius virgini q̃ cęteris eſſe p̃ſentẽ. Hoc enim infici
as iturus dei filius idem fructus ventris ſequu
tus adiecit. Vinea mea corã me eſt, breuis ſermo H
ſed efficax atq; immenſi ſenſus. Dicebãt illi vinea
fuit: Chriſtus aũt vinea mea eſt. Pręterea veluti
exiſtimantes dñm vineę ſuę vix eſſe p̃ſentem dice
bant: tradidit eã cuſtodibꝰ. At ille corã me eſt, me
cuſtode tuta, meoq; vallata pręſidio. Sicq; paucis
verbis, verbũ abbreuiatum, & obiecta diluit &
qđ adhuc latebat(ſi nõ negligas) pandit. Vineam
eiꝰ olim fuiſſe virginem Mariã fatebantur, quan
do illum angelo nũciante viuiradicẽ accepit, quã
do illũ flore odorifero de radice Ieſſe aſcendente ſa
lutiferũ vitę fructum pariens edidit: quãdo editũ

fouit & maturū ad torcular vſqꝫ ꝑduxit. Enīuero tali fructu ſublato, qa aliū docēdo & miraculis excolendo virginē ꝓferre nō aduertebāt illius tunc eſſe vineam nequaꝗ̄ credebant. At ille vinea mea inqt corā me eſt: nimirū, cuius nouos fructus occultius ſuccreſcere cerneret cuiuſqꝫ optatū ꝓuētū, ſed ſecretū quotidie lętus ꝑciperet. Malleolū in primis caputqꝫ & totiꝰ eccl'iæ principiū ediderat (hoc illi ſolū nouerāt) tū eiuſdē capitꝭ mēbra quouſqꝫ caput Chriſtꝰ in illis formaret pietatis materne impēſiſſimis ſtudijs iugiter ꝑturiebat: hoc illi nō attendebant qđ nihiloſecius nō negligenter Chriſtus ipſe ꝑpendebat. Equidē ſeſe vineę huius viuiradicē vitā verā & fructū primariū fuiſſe mediocriter lętabat: at nihilominꝰ ſuos palmites exporrigi, ſed ꝓpagines illiꝰ miniſterio ꝗ̄ latiſſime extendi vehemētius exultabat vnde & ille: vinea mea corā me eſt, vtpote qui eius profectū ac fertilitatem (quod non illi) palmites quoqꝫ ac propagines flores & fructum, & quicqd aliud ſublimius ex ipſa in dies parabatur, magna cum ſpiritus hilaritate aſpiceret, quiqꝫ perpetuos eiꝰ redditꝰ præuideret: ac poſtremo qui gloriā qua patratis miraculis & clariſſimis virtutum monumentis diffamanda erat, ac poſteris cōmendanda non ignoraret. Sic eñ corā eo erat hæc vinea quā veluti paruulam ipſorum arbitratu nō reciperet. Sed contra ſicut magnam & vere ſublimē ſuper omnes beatorum ſpirituum choros eleuatam ſignis, & prodigijs ſeculis omnibus admirandam oſtentaret. Tum iſta enarrantem & ſuper his adorientem plura dei filium, ac ſingula expendere latius cupientem ſatiſfacturi repente



præueniunt. Vberrimo quippe verbi abbreuiati ſermone eruditi cœperunt mutata ſententia paulatim de illa magis ex dignitate & meritis ferre cēſuram, in primis iure ſolerterqꝫ conſiderantes, ꝗ̄ eſſet illa apoſtolis cæteriſqꝫ eccleſiæ columnis in precio: nimirum, quos frequentius de ſecretiori Chriſti incarnatione & ſimilibus, clam quidē, ſed efficaciter, & cū ingenti viuę vocis energia ſępius erudiret, ac plenius confirmaret. Ob hæc eñ (qđ eos non latebat) leguntur ad illius conſpectum alij non pauci ſicut ad Salomonem regina Saba audita tantę eruditionis & dignitatis famæ: vt ſapientiæ eius lumine fruerentur de remotiſſimis partibus ardentiſſime penetraſſe: quos dubium non eſt apprime ædificatos in moribus, & in fide confirmatos tam radioſi ſideris beneficio remeaſſe ad propria: dicunt ergo inducti authoritate & experimento compulſi. Mille tui pacifici I
& ducenti his qui cuſtodiunt fructus eius. hic eorum ſermo iuxta tranſlationem noſtram ad virginem neceſſario dirigitur, ſed litera Hebraica melius. Mille inquit tibi pacifico, vt iam nemo vertat in dubium Chriſtum ſermonem eorum reſpicere de quibus diffuſius ſequēti capite diſſerere ipſo fauente poterimus.

## Cap.XVI.

❡ Quęrit ppl's de tātę ꝟgīs ꝑmio īmēſo. ſ. dei filiꝰ re ſatiſfacturꝰ nō ꝟbo matrē vocat ad ſupna ibiqꝫ de aſſumptione ꝟginis in corpe & aīa plura.

### Vox Fidelium.

Mille tui pacifici & ducenti his qui cuſtodiunt fructus eius.

❡Vox Chriſti. Quę habitas ĩ ortis amici auſcultãt, fac me audire vocem tuã.

A

❡Stellarum amicũ lumen Solis lux multo vehementior non extinguit, abſorbet tamẽ reconditq; intantũ, vt ſimplicioribus perſuaderi facile non poſſit eas ꝑ diẽ ſicut de nocte claritudinis quicq̃ obtinere. Interdiu eſſe eaſdem in cælo perſuaderi ſtatim poſſunt. Sub die vero ceu per noctem lucentes exiſtimare protinus non valent. Sic quoq; ſol iuſtitiæ per euangelicæ prædicationis currũ mundo inuectus, vniuerſo primitiuæ & adhuc rudis ſimplicioriſq; eccleſiæ oculos ſuo ſplendore eatenus perſtrinxerat, vt nec lunã ipſam alioqui perfectam ac teſtem in cęlo fidelem illuceſcere ſentirent. Credebant ſane dei matrẽ & virtute magnã ac merito venerandã ad cælũ pertinere, & in illo tandẽ ſublimẽ debere conſiſtere gloria & honore coronatã. Sed enim actu fideles meritis ſuis eruditione & cõuerſatione ſancta illuminare eoſq; ad ſalutis portũ iugi ĩterceſſione trahere, tractos cõ

B

firmare, cõfirmatos perficere, & ad ſuperna tã efficaciter promouere nõ aduertebant. Enimuero elõgato tẽporis ꝓgreſſu, a fideliũ cordibus cœpit incrementis lunaris chriſtiparæ virginis fulgor latiſſime clareſcere, & noua diuerſarũ ſolennitatũ inſtitutione celebrari: ita & in primitiua eccleſia, ſubſtracta corporali filij eiꝰ Ieſu Chriſti ꝓſentia paulatim ĩ populis matrꝭ creuit deſideriũ: vtpote q̃ filiũ in terris nequaq̃ iã poſſent, vel matrẽ videret. Prius qdẽ latuit illa humilitate magna & lubens ceſſit filij ſui glorię præcellenti: verũ mundo ſeneſcente & refrigeſcente iam charitate, ne per



tẽpus filij gloria poſſet in fideliũ intimis pectoribus langueſcere, ſeſe pedetẽtim inſinuare, atq; irrepere animis fidelium curauit: nũc apl'os & reliquos aduẽtãtes de Chriſti incarnatione, & ſimili- C

bus inſtituens, nunc adhibitis animis erigens in tribulationibus conſtitutos, nunc in fide corroborans vacillabundos & periculo lubricę fidei affines, nunc athletas vngens & chriſti martyres futuros ad paſſionũ tolerantiã monitiõe oppido q̃ efficaci erectos & ſanctiſſima ſuaipſius interceſſione munitos cõfirmãs. Quibus tandẽ factũ eſt vt non iam veluti paruulã, & vberũ ſancto munere fraudatã iudicarẽt, per quã cũ apl'is & euãgeliſtis ſeſe edoceri cernerẽt, tã efficaciter & ſalubriter conſolari, cõfortari, vngi, & roborari. Inuiſere ergo mirari & obſeruare illam amplius cœperũt, vt (quoniam maiore compendio aliter non poterant) per matris patrociniũ peruenirent ad filiũ, & quem tepidiore forſan honorificentia accepiſſent præſentem, abſentem religioſius venerarent vel in matre. Aiunt ergo mille tui pacifici & ducenti his qui cuſtodiunt fructus eius. Vide prudẽtiam, vide populi huius philoſophiam: meminerant patrẽ, meminerant & filium non negaſſe, ſed & ſpiritũſanctũ nequaq̃ conqueſtũ fuiſſe ſatis nouerant, quia vir afferret pro fructu eiꝰ mille argẽteos. Anſam itaq; ceu ex cõceſſo arripiũt de virginis dei matris prærogatiuis, meritis & gloria accuratius ſciſcitãdi. Coram te inquiunt hæc tua vinea cuius glorię conſummãdę totus incũbis, amplectimur, ſuſpicimus & admiramur. Atqui gloriæ eius quis erit modus? Certe mille tibi pacifico vel tui (ſi magis arrideat) eius pacifici &

ducenti his qui cuſtodiũt fructus eius.ipſi autẽ
quãtũ? Aduertebãt ſane infra Chriſtũ eſſe virgi=
nis meritũ quã iam nihiloſecius ſatis ſuperꝗ no
uerant prælatis omnibus(hos eñ fructuũ quos
dietim Chriſto virgo parturiebat,ꝓferebat,exhi
bebatꝗ cuſtodes appellant)eſſe ſuperiorẽ. Sed eñ
D cuius eſſet meriti plene non nouerant. Equidem
Chriſti ſolius eſſe mille ſiue hoc loco meritorum
plenitudinẽ & omnimodã ꝑfectionẽ intelligas,ſi=
ue vt afferantur mille,& pro eo mittantur tẽpo=
raria vniuerſa Chriſtum ęque reſpicere inficias
nemo ierit. Quippe qui deus ſit & homo cui:ſi=
cut meritorũ ſummã iure tribuimus,ita in illo
dũtaxat,& nõ in qualibet maxima creatura diui
nam maieſtatem merito debemus latria & domꝰ
noſtræ vniuerſa ſubſtantia(quã allatos mille ar=
genteos ſignare ꝓ̃dixímꝰ)oblata venerari. Cæterũ
cur prælatis ducẽtos dederint nequaq̃ eſt negligẽ
dum,primæ ad Timotheũ.v.Qui bene præſunt
preſbyteros duplici honore dignos haberi iuſſit
Apl's.Eñuero cũ vineę huiꝰ palmitũ fructus ſit
alius triceſimus, alius ſaxageſimꝰ aliꝰ cẽteſimꝰ.
Si fructus honoratior ꝓ̃latis fructuũ cuſtodi=
bus duplicetur,ducenti conſurgunt. Atqui tan=
dem virginis,q̃ tales fructus nullo nõ die partu
rit ꝓfert multiplicat confortat fouet & conſeruat
quę merces qđ ꝓ̃miũ? Illa ꝓ̃latos meritis vincit in
quiunt,ſed viciſſim a te ſuperatᷣ.qđ ergo illius ſit
ꝓ̃miũ q̃ futura gloria tu pande,q verã gloriã ſo=
lus ĩpẽdis.Sed ꝓ̃elegit Chriſtꝰ nodũ hũc rebꝰ ab=
ſoluere q̃ verbiſ.Vt qđ eñ verba?nã ſi oculus nõ
vidit,nec auris audiuit,nec in cor hoĩs aſcendit,
quę pręparauit deꝰdiligẽtibꝰ eũ,quonã pacto q̃ſo



fieri potuerit,vt audiẽtes caperẽt q̃ præparaue=
rat genitrici ſuę,& prę oĩbꝰ diligẽti. Ait ergo vir=
gini nõ ꝓp̃ľo,audiẽte tñ ꝓp̃ľo. Quę habitas in or
tis amici auſcultãt te fac me audire vocem tuam E
Imminente quippe mortis eiꝰ die credere piũ eſt
dei filiũ vel angelo nunciãte vel interna aut qua
placuit denũciatione matrẽ ſuã de ſuo trãſitu &
ſolẽni aſſumptione inſtruxiſſe. Itẽ ꝑueniſſe apl'os
& ex diſcipulis ac fideliũ multitudine nõ paucos,
quos ferũt ex diuerſis mundi partibus cõgrega=
tos migrãti affuiſſe, & more chriſtiano exequias
depoſitũ ſacratiſſimũ dei bonitate protinus reſu
mendũ ſepulchro cõdentes venerabiliter celebraſ=
ſe.Quę habitas in ortis inqt, vel hic agnoſce cre=
dẽtium profectũ,in quorũ pectoribꝰ apl'icæ ꝓ̃dica
tionis ſarculo ſtudioſius elaboratis ſacris bapti
ſmatis,& reliquorum ſacramentorum fontibus
irriguis diuerſis virtutum floribus perornatis
& redolentiũ meritorũ fructus multiformes ſũ=
ma cũ amœnitate ſpirãtibꝰ ꝟgo ſacratiſſima,& in
oẽs bñfica iamiã p famã & ęſtimationẽ ſublimio=
rẽꝗ honorifice reſidebat . Orti eñ ſunt qꝗ fideles
in qbꝰ certũ eſt,nihil vanũ,nihil infructuoſũ,ni=
hil inamœnũ ſalubriter reſidere, vel etiã in ortis
habitabat mater ſaluatoris:nimirũ q̃ tẽpus reſo
lutiõis ſuę ꝓ̃ſtolãdo ortũ ĩ quo captꝰ ẽ illũ quoꝗ
in quo ſepultꝰ eſt,& ſiľes quo forte viuẽs ſuꝰ fre
quẽtaſſet,ac dei filius ſępius inuiſeret: vel etiã in
ortis habitaſſe merito dicit nẽpe q̃ tametſi ĩ orto
lrę ſacrę ſcripturę, aut in orto anagogię rariꝰ in=
uenit:in orto tamen allegorię frequẽter,& in or=
to moralis intelligentiæ ſemper . Quis enim eſt
vel floſculus moralis puritatis quo illa ſuper

omnes redimita non effulgeat quis fructus quo
illa non locupleteť abundãtius.In orto hoc mul-
tę filię cõgregauerũt diuitias ſed illa ſupgreſſa eſt
vniuerſas , vel demũ in ortis habitãtem aſſeruit
cuius totam cõuerſationem nouerat eſſe in cęlis.
Paradiſus enim ortus dicitur, affectu tm̃ ortum
hũc inhabitabat prius:nunc, vt & corpore inha-
bitet, magnificentius inuitat. Nec te moueat, ꝙ
F in hortis dicit cum vnus ſit paradiſus. Eſſe nãq;
multas manſiones in domo patris ſui teſtat⁹ eſt
dñs,de quibus & nunc loquens ait:quæ habitas
in ortis amici auſcultant te.Hic per amicos illos
intellige qui errabundã ouem perditamq; inue-
nienti,& cũ gaudio reportãti gratulati ſunt. vel
etiam patres virginiſq; ipſius progenitores,qui-
bus ad ſupernę glorię culmen euectis,ſicut ami-
cis inæſtimabiles regni cęleſtis diuitias notas fe
cerat:ſic enim de Abraham ſcriptum legimus,ꝙ
amic⁹ dei appellat⁹ eſt:& de Iacob:Iacob dilexi&c.
Salomonẽ quoq; amabilem dño vocatũ ſcimus,
eo ꝙ diligeret eũ deus.Hi ergo cũ alijs nõ paucis
patriarchis & prophetis,ſacerdotibus,pontifici-
bus,iudicibus,& regibus cũ populi vere Iſraeli-
tici vniuerſa multitudine virginis operiebantur
aduentũ laudãtis & de propria ſublimatione nec
non de ſua & omniũ ſalute gratias agẽtis vocem
mirũ in modum audire geſtiẽtes. Hi demum &
hic amici vocãtur qui p̄dicanti dño & dicẽti:vos
amici mei eſtis ſi feceritis quę ego pręcipio vobis
audientes fuere,vnde & eorũ cãdidatus exercitus
numero nõ paruus iamiã cęlicas pręoccupaue-
rat manſiones. Hi inquã omnes deuoti veniẽtes
ſuę dominę & omniũ reginę ſuaues laudũ modu



los audire ſupra q̃ credi poteſt, cupiebãt nimirũ
qui lętitiæ ſuæ & exultationis partem non modi-
cam abeſſe cognoſcerẽt q̃diu illa defuiſſet. Sed enĩ G
quid mirũ quæſo te,videri cuiq̃ debet ſi virginis
pręſentiam,& eius vocem audire tanto cum fer-
uore ac pia auiditate ſitiebant,quando & ipſe do
minus maieſtatis ſimili deſiderio ſed affectu lon
ge diſpari & multo maiori æſtuabat? Sic enim
ait,fac me audire vocem tuam,acſi dicat:illi expe
ctant,illi auſcultant,illi te audire deſiderãt, quia
amant:mihi vero qui illorum in te amorem infi
nitis pręcurro ſtadijs;qui te ardẽtius amplexus
ſum,ac excellentius honoraui , fac primũ inten-
das oportet.Dixiſti enim.dilectus meus mihi &
ego illi: quæ veriſſime loquuta es , rebus perfice,
fac me audire vocem tuam.Sed forte quęres quę
nam eſt iſta vox tam canora tam dulcis & illece
broſa omniq; harmonica modulatione & ſuauita
te ſuperior,cuius deſiderio ſic tenetur dei filius?
Enĩuero de ſupernam ciuitatem inhabitãtibus
ſcriptum eſt: beati qui habitant in domo tua do
mine in ſecula ſeculorum laudabunt te. Laudãt
igitur omnes ſancti dominum . Siquidem quẽ-
admodum nulli ſanctorum tanta ſuppetit lau-
dũ materia , tanta facultas,tanta voluntas, tan-
ta peritia,quãta virgini:Ideo iure credendus eſt
dominus huius vnius laudibus puris & perfe-
ctiſſimis ſuper omnium aliorum iubilos & præ
conia delectari.laudant ſinguli quantũ volũt, vo
lunt autem quãtũ poſſunt,ſed nullus ita poteſt:
vt illa quã natura & gratia,priuilegia, virtutes
& merita extra omnis purę creaturę areã conſti
tuunt,vt atteſtantibus viris eruditis ac ſanctis

dubium non ſit eam ſolam , inter ſuperbeatiſſi-
mam trinitatem & puras creaturas hierarchiā
H conſtituere ſpecialem. De primis illis cęleſtis Hie
ruſalem ciuibus ſcriptum eſt , quia omnes ſunt
adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſſi
propter eos qui hæreditatē capiunt ſalutis, quos
nihilominus eatenus inter ſe diſcretos eſſe virtu
te ac meritis differentes certum eſt : vt vna hie-
rarchia omnes capere non poſſit quātominus cū
illis complectetur & virginem quæ domina oīm
creaturarum eſt, cælorum regina præcellentiſſi-
ma. Siquidem inter ſeruum & dominū, inter re-
ginam & ancillam dignitatis longe maior diſpari
litas inuenitur q̄ inter ſeruum & ſeruū & inter
ancillam & ancillam. Sed ad rem. Quę habitas in
ortis amici auſcultant, fac me audire vocem tuā.
hic ni fallor proprie quidem ſed obſcure ac reli-
gioſiore inuolucro innuuntur, quæ pia creden-
tium fides & doctorum caterua non contemnen
da virgini tribuit emigranti. Cum enim ait quæ
I habitas in ortis videtur ſenſum omnem doloris
excludere, eſt enim locus voluptatis ortus non
doloris: vt enim de primo carptim dicamus par
erat valde: vt qui mortuos ſuſcitauit, infirmos
ſanauit, languidos curauit, matrem ſe vocante, ſe
pręſente ſuo migrantem imperio ab omni dolore
immunē ſeruaret : ne cuiꝰ animā doloris gladiꝰ
in paſſione dū mortē eius ſuā fecit, ac filij vulne-
ra in ſeſe reuerberauit atrociſſime trāſfixerat du
plici cōtritione dolor iteratus in morte ſua cōte-
reret immerentē, & ab omni peccato prorſus ex-
torrē. Deinde quid magnū dño ſi hoc impertire-
tur matri q̄d virginis cuſtodi cōceſſit: obdormiſ



ſe em̄ dicit̄ diſcipulus ille quē diligebat Ieſus, vir-
go virginis cuſtos: vt corruptiōis neſcius, ita &
doloris? immo quid eximiū ſi illud matri ꝯceſſit
deꝰ filius q̄d decrepitis nōnullis cernimus natu
ra iuuāte ꝯceſſum? Deficiūt em̄ ac rebus hūanis
decidūt tales, doloris corporalis ferme exptes po
tius q̄ moriunt̄. Enimuero nullus eoꝝ ęſtiman
dus eſt vel meliori cōplexiōe, vel moderatiori re-
gimine, aut corpore magis eucratico fuiſſe q̄ vir
go hæc cuiꝰ trāſitꝰ licet tēpus a natura ꝯſtitutū
pręuenerit: credit̄ tñ hoc illi & multo ampliꝰ di-
uino munere ꝯceſſum q̄d ętas maturior natura
ſatagēte nō negaſſet. Sub hęc ſi martyrū nō pauci
teſtimoniū illis ꝑhibente ſua cōſciētia in ſpū ſan-
cto exultātes, pœnas alioqui duriſſimas & peni-
tus intolerabiles nō ſenſerūt, quāto probabilius
eſt virginē ſpū ſancto & gratia plenā aīo cōtēplā-
tē vnde exiret, quo ꝑgeret , quos p̄ſentes cerneret
& quos vię comites haberet, ita exultaſſe de vnige
niti filij ſui dñi noſtri Ieſu xp̄i & apoſtolorū ſup
norū ciuiū, & ſanctorū oīm feſtiua p̄ſentia, vt ſi
quid forte doloris obrepſiſſet nullū eiꝰ ſenſū prę-
potēte gaudio ꝑciperet. Poſtremo ſi quoſdā certū
eſt de tormēto ad tormētū morientes trāſire, per
oppoſitū & de gaudio in gaudiū migrare quoſdā
nullo modo eſt negādū. Cui autē iſtud q̄ſo te, re
ctius q̄ dei matri ꝯceſſum credemus? Recte ergo
dictū eſt q̄ habitas ī ortis nimirū q̄ ex ortoꝝ deli
cijs citaret̄ ad ortū ꝑpetuo vernātē. Amici inquit
auſcultāt. Ecce ſecundū. Pręſente etem̄ xp̄o ap̄lorū K
choro vallata & ſanctoꝝ agminibꝰ necnō angeli-
cis ſtipata p̄ſidijs moriēs dęmonē nō vidit aīam
rapere cupientē. Nimirum cui facta ſit contrito

capite illius venenato terribilis ſicut caſtrorum
acies ordinata. Sed enĩ quę inimicis vſquequaq̧
terribilis p̃dicatur: q̃ amabilis q̃ gratioſa & deſide
rabilis eſſet amicis, immo ipſi amicorũ omnium
regi Chriſto vocem grauem inimicis gratã ami=
ci audire impenſius cupienti declaratur, cum di
citur: Fac me audire vocem tuam. Vocem ve=
L ro philoſophi diffiniunt ſonum eſſe ex ore anima
lis naturalibus inſtrumentis formatum: vt vi=
deri haud iniuria poſſit hic tertiũ inſinuaſſe: il=
lam, ſcilicet, in corpore aſſumptam: vt quę pater=
nam noxã concepta neſciuit, mortua paterni op=
probrij nequaq̃ particeps fieret, & quę corruptio
nem virtute magna euaſerat viuens non incur=
reret moriendo. Ac poſtremo ne ſanctum domini
quod totũ eſt de virginis ĩmaculato corpore ex=
ciſum exiſtimaretur vidiſſe corruptionem, & ſi
non in ſe certe vel in matre.

## Cap. XVII.

¶ De deſiderio virginis ad cælum tendẽtis
deq̧ ꝓphetijs, ac figuris eius aſſumptio=
nem adumbrantibus.

### Vox Marię.

FVge dilecte mi & aſſimilare ca
preæ hinnuloq̧ ceruorum, ſu=
per montes aromatum.

A ¶ Paulus nihil ſibi cõſcius diſſolui mirũ in mo
dũ cupiebat & eſſe cum Chriſto: vt dubium non
ſit dilectam cum dilecto, ſpõſam cum ſponſo, ma
trem cum filio eſſe multo ardentius peroptaſſe.
Quãto igiť gaudio p omnia delibutã viſcera ar=



bitrari cõuenit vnde, quo, quomodo, cumq̧ qui=
bus profectura eſſet & in ſeculũ permãſura con=
tẽplantẽ. Olim vti dño placuerat ꝑmanere in car
ne propter nos ęqui boni cõſuluit, nunc autẽ in=
ſtructis apoſtolis corroboratis in fide martyri=
bus, & fidelibꝰ omnibus legitime cõfirmatis vbi
dñi cognouit voluntatẽ, vbi inuitantẽ filiuꝫ, vbi
pręſtolantes angelos & ſanctos oẽs expectãtes in=
tellexit, vbi a corruptionis opprobrio a dæmonũ
terriculamẽtis & ab omnimodo dolore ſecurã ſe
ſe migraturã peruidit, nihil cauſatur, moras ne=
ctit nullas, ſed magna animi alacritate q̃d hacte=
nus dilatum nouerat nõ ablatum, maturari de
ſiderat. Fuge ĩquit dilecte mi & aſſimilare capreæ B
hinnuloq̧ ceruorũ, iam illi cũctatio om̃is ac mo
ra grauis eſt. Cũq̧ oſculum illud quo accepto il=
lam nullus deſpiceret huius exilij, haudquaq̃ mi
nime dubitaret, hinc protinus fugiendũ cohorta
tur. Quę inquit per te hinnulum ceruoꝝ, cerui
prophetę, oculorũ acumine ſp̃uali percelebres &
caprea ſynagoga ꝑficienda in terris perſpexere cõ
ſummata nõ dubitamus. Fuge ergo & quę ſuper
montes aromatũ te morãtur perficiens aſſimila
re capreę hĩnuloq̧ ceruorũ. Caprea vt ſupra me C
mini ſynagoga & cerui ꝓphetę haud iniuria nũ=
cupãtur. E re eſt igiť quid ſuꝑ montes aromatũ
de xp̃o futurum p̃ſignauerit caprea, quidq̧ pręvi
uiderint ꝓphetę, cognoſcere. Enimuero ſi vniuer
ſim accipiendũ eſſet. Illic oẽs fouet Chriſtꝰ in pa=
ce, in ſecuritate, in requie opulenta, malorũ timo
re ſublato. Quod futurũ ſynagoga ſub vite ſua
& ficulnea quieſcẽs rege Salomone p̃luſit. prędixe
rãt & prophetę fore aliquãdo vt paſcat dñs oues

ſuas in montibus Iſrael in riuis & in cunctis ſe-
dibus terræ:in paſcuis vberrimis in quibus re-
quieſcerent,in hęrbis virentibus & ſecure dormi-
rent, in ſaltibus nimirũ quas poſuiſſet in circui-
tu collis ſui in benedictionem,& ſuſcitaſſet ſuper
eas paſtorem vnum qui paſceret eas ſeruũ ſuuꝫ
Dauid.Atqui vt generatim loquutam putemus
pręſens locus & materia ſubiecta non admittũt,
q̃uis nullus addubitet pro omnium ſalute ſolli-
citam(quæ eſt ipſius in vniuerſam humanitatis
ſobolem inoccidua benignitas) migrantem virgi-
nem fuiſſe:ſed propoſito ſeruiẽdum. Quid itaqꝫ
caprea iſta ſuper montes aromatum matri im-
penſurum Chriſtum pręſignarit, quidve de hac
præuiderint prophetæ ſpecialiter exacteqꝫ eſt re-
quirendum.Hoc enim credenda eſt virgo ſancta
petiuiſſe:vt ſcilicet quod de ipſa decedente ſuper
montes aromatum implendum ſynagoga deli-
nearat perageret , ſimulqꝫ prophetarum vatici-
nia rebus impleret, ſic eñ ait. Fuge dilecte mi &
aſſimilare caprę hinnuloqꝫ ceruorum ſuꝑ mon-
D tes aromatum.Montes aromatum cælos accepi-
mus ſuper quos nihil fœtidum,nihil impurum
aut immundum reſidet : ſed omnifarię purita-
tis quaſi ingens quædam baſilica ,charitatis fer-
uor & virtutum omnium mira viget fragran-
tia,ſupra quos in virginis aſſumptione non hin-
nulo capreæ,ſed ipſi capreæ aſſimilatus eſt domi-
nus :quando ſacrariũ ſuũ & arcã in qua ipſe ve-
rũ mãna tabulę teſtamenti & virga directiõis no-
uem menſium intercapedine latitauit in corpo-
re, & anima glorioſam,conuocato omni Iſrael, &
exultante deduxit in Hieruſalem cum iubilo, &



in ſancta ſanctorum permanſuram conſtituit ex
qua, per quã & propter quã reſponſa daret,& do-
na largiretur hominibus: ſic enim Paralipome-
non.xv. tota ſynagoga concurrente factum legi-
mus.Igitur Dauid & oẽs maiores natu Iſrael
& tribuni ierunt ad deportandum arcam fœde-
ris domini de domo Obededom cum lætitia ma-
gna:& poſt pauca. Dauid autem erat indutus
Ephot lineo vniuerſuſqꝫ Iſrael deducebat arcam
fœderis domini cum iubilo & ſonitu buccinę &
tubis,& cymbalis,& nablis,& citharis concrepan-
tes:attulerunt igitur arcam domini & conſtitue-
runt eam in medio tabernaculi quod tetenderat
ei Dauid & obtulerunt holocauſta pacifica co-
ram domino:cũqꝫ compleſſet Dauid offerens ho-
locauſta & pacifica benedixit populo in nomine
domini, & diuiſit vniuerſis per ſinguios a viro
vſqꝫ ad mulierem tortã panis & cætera.Idẽ pror-
ſus etiamnũ Salomonem iũctis filijs Iſrael cum
ſacerdotibus & Leuitis. tertij Regum octauo ca-
pite præſignaſſe certum eſt cum dedicata domo
domini introduceret arcam:in quibus omnibus
glorioſa virginis aſſumptio,ita graphice articu-
latimqꝫ,& quaſi in arcę emblematis exarata con-
ſpicitur, vt ſic agentem cum matre dominum
capreæ aſſimilatum extra omnem ambiguitatis
aleam nemo phas non habeat intueri.Verum le-
beride cęcior aliquis obganniet, dũtaxat virginis
animam in qua Chriſtum virgo benedicta & ꝑ-
fectius concepit,& diutius conſeruauit hac in re
in arcę ſymbolo adumbratam fuiſſe non etiã cor-
pus quod glorificatum cum anima ſimul aſſum-
ptum fide non recipit.Sed enim etiam ſi per arcã

ſolam animam contendat intelligi, nihil conficiet:
cæcitatem quippe eius palam arguit ſcriptura,
quæ cum arca (per quā animā intelligit) ſimul &
vectes ei⁹, in ſancto ſanctorū vſq; hodie fuiſſe te-
ſtatur dicens. Cūq; eminerent vectes & appare-
rent ſummitates eorū foris ſanctuariū ante ora
culum non apparebant vltra extrinſecus qui &
fuerunt ibi vſq; in pręſentem diem: vectes quip-
pe ex lignis cethim imputribilibus & auro mun
diſſimo vndiq; verſum bracteati corpus virgi-
nis hoc loco ſignificant a quo (ſicut per vectes ar-
ca) ſancta dei matris anima ſtudioſiſſime fereba-
tur. Porro teſtatus Moyſes arcam domini auro
mundiſſimo intus & foris bracteatam fuiſſe &
apoſtolus arcam teſtamenti in ſanctiſſanctorū
extitiſſe circumtectam ex omni parte auro, quid
aliud quęſo in coniecturę ſcrutinio reliquere, ni-
ſi dei matrem in corpore & anima glorioſam nō
in manufacto tabernaculo, ſed in ſanctis conſiſte
rę æterna redemptione inuentis. Quod Apocaly
pſis. xj. multo limpidius protulit Ioannes dicens
Et apertum eſt tēplum dei in cælo & viſa eſt ar-
ca teſtamenti eius in templo eius: vt obloquen-
tium inuidia non obſtante citra impietatem cre
dere iam liceat virginem in corpore & anima du
ce vero Salomone reſidere in cęlis glorioſam vir
tute magna, & poteſtate perornatam: quæ enim
in domo domini ſupplicantibus, & ſuſpiranti-
bus ad eam precatus eſt Salomon: hodie etiam
maiora a patre ſpirituum matri ſuę impetraſſe
dominū merito crediderim, vt poſthac nullū ad
E eā cōuerſum fruſtratū iri vnꝙ̄ cōtingat. Enīuero



vel paucis quēadmodū in hac glorioſiſſima ma-
tris ſuę aſſumptione dominus hinnulū ceruorū E
præſtiterit expendendum eſt. Per ceruos pro-
phetas deſignari iam prædiximus quorum hin-
nulus Chriſtus, quia eorum filius, de quo pro-
phetaſſe ꝙ̄plurima, immo pœne infinita paſſim
ſcripturarum oſtēdere eſt: hinnulo itaq; eorum
ſimilis merito perhibet cū ſeſe talē exhibet qualē
ipſi præſagiuere futurū. Futuram autem præ-
dixerat hanc virginis aſſumptionem regius pro
pheta in corpore & anima celebrandam, cum di-
cebat. Surge domine in requiem tuam, tu & ar-
ca ſanctificationis tuæ. Nec eſt cur hic aliquis
per arcam Chriſti humanitatem myſtice ſigna-
ri contendat, eſſet enim in dictione nugatio: cum
enim non niſi ſecundum humanitatem ſurrexe-
rit dominus & hoc propheta ſatis ſuperq; expreſ
ſerit dicens, Surge tu: adijciendo & arca ſancti-
cationis tuę haud dubie nugaretur. Eſt itaq; ar
ca hæc ſanctificationis, non eius humanitas ſed
virginis corpus ex quo humanitas, & in quo ceu
in arca clauſus nouem menſibus requieuit: qđ F
putreſcere non oportuit vel ob hoc maxime:
quia ex eo corpus Chriſti ſanctum, quod ante nō
viſurum corruptionem, idem propheta prædixe
rat. ne igitur ſanctum domini corruptionis qcꝙ̄
in ſeſe admiſiſſe ſomniares ęquū fuit, & virginis
corpus ab ea prorſus alieniſſimum diuinæ mu
nificentiæ officio maternæ gratiæ & gloriæ pręſti
to conſeruari. Hinc idem propheta haud vulgari
certe cum fidutia: eleuata eſt inquit magnificētia
tua ſuper cælos, & alibi. aſtitit regina a dextris
tuis in veſtitu deaurato: circundata varietate,

& Abachuc, Sol & luna ſteterũt ĩ habitaculo ſuo & vt vnico verbo ſummã faciam, myſtica alia in numera adduci poſſunt in virginis laudẽ & gloriam, niſi diutius protractum funiculum tędioſa prolixitas claudendum ſuaderet. Fatuum enĩ eſt de illius immarceſſibili corona & gloria nihil hęſitantes moleſto ſuperfluoq; ſermone atterere. Supplices potius dei matrem ac virginem venerantes, & deum in virgine ex toto corde tota anima mente tota, ac viribus omnibus colentes, laudantes, & admirantes adeamus cum fidutia ad thronum gratiæ, vt miſericordiam cõſequamur & gratiã inueniam⁹ in auxilio opportuno. Amẽ.

Finis, Deo gratias immortales, ac virgini in ſecula ſeculorum. Amen.

¶Habes itaq; lector Candide, opus quidem nouitiũ, ſed eruditum & multa lucubratione editum, acriſq; examinis trutina penſitatum, nec vulgari cribro excuſſum, Ioãnis Pici Monachi Carthuſiani Vallíſuiridis ad muros Pariſieñ. in quo paucula, vel pręcipiti opera, inuerſa, vel poſt impreſſionem acrius examinata ſic ſunt reponenda.

Fol.iij.pag.ij.li.xxvij.attende & fac ne moreris.
Fo.xiij.pag.j.linea.xvj.data in terroribus.
Folio.xvj.pagina.j.li.v.tuorũ ſup vinũ deuoto.
Fo.xxvj.pag.j.li.xiiij.& is qui vt nullum.
Fo.xxviij.pag.j.lin.pœnult.etiam angelus.
Fo.xxxj.pa.j.lin.xj. penetralib⁹ & abi ratiocinio.
Fo.xxxij.pag.j.lin.ij.& non potero.
Fo.lv.pagina.iij.lin.xxx.modicã afferebat ne ſicut in corporali.
Fo.lxix.pa.j.li.vij.& infernũ ex vna parte.
Fo.lxxxviij. pagina.j.linea.xxx. perdocent integri & immoti grani.
Fo.xcv.pag.ij.linea.xxvij.non ex ęquo.
Fo.cxviij.pagina.ij. linea.x. Et angelicam tutelã ac propugnationem.

¶Hoc genus, forſan alia, ſed paucula, & quę diligentem lectorem parũ remorent, offenderis: ſed boni cõſules, agnoſcens pie humanũ eſſe errare. Vale.
Ex typographia Io[illegible]
ad ſextũ Calen[illegible]